

Scriptores de plantis Hispanicis, Lustanicis, Brasiliensibus / adornavit et recudi curavit I.I. Römer.

Contributors

Römer, J. J. 1763-1819.

Publication/Creation

Norimbergae : In officina Raspeana, 1796.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/fpzmfxxa>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.





Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

— *Wheat* —

44 387/B

ROEMER





4250
SCRIPTORES

de Plantis

Hispanicis, Lusitanicis, Brasiliensibus,

adornavit et recudi curavit

J. I. Romer M. D.



c. tab. aennl.

Norimbergae

in Officina Raspeana.

1796.

G. Vogel sculp.



SCRIPTORES

DE PLANTIS
HISPANICIS, LVSITANICIS,
BRASILIENSIBVS.


ADORNAVIT

ET

RECVDI CVRAVIT

J. J. R O E M E R.

M. D.



Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b28763452>

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

I. I. ROEMER

M. D.

TVRICO - HELVETVS.

Hispaniam, Lusitaniam, regionesque ultramarinas regnis illis subditis plantis abundare non minus notatu dignissimis quam adhucdum incognitis, quis est qui neget? Exstiterere quidem omni tempore Viri illustres qui perquisitioni et descriptioni illarum plantarum indefessam operam navarunt. Sic e. g. CLVSIVS, BARRELIER, CAVANILLES, I. P. BREYNIUS, QVER, DEL ASSO, LOEFFLING, ORTEGA Hispanicas; GRISLEY, VANDELLI Lusitanas; CAR. PLVMIER, PETIVER, MVTIS, PAVONIUS et RVIZIVS, idemque ille CAVANILLES Americae meridionalis, MVTIS et VANDELLI Brasiliae plantas indagando, depingendo, describendo, immortales sibi laudes pepererunt. Modo annuat numen, ut salvus et incolumis ab itinere redux doctissimus HAENCKE illorum celeberrimorum Virorum connatibus coronam imponere queat!

Sed quod dolendum quam maxime est, ignorantur fere a ceteris Europae Botanicis isti labores plerique ita, ut partim propter regionum intervalla, partim difficultatem commercii librarii cum Hispanis Lusitanisque, non solum librorum argumenta, sed fere ipsi libri in nostris oris incogniti maneant.

Non superfluum itaque conamen instituere duxi, si illorum librorum et tractatum varios, quos felix fortuna mihi obtulit, recudi curassem, sicque horum aditum fontium Europae Botanicis aperissem.

Elegi pro hoc fasciculo tractatus non solum lectu dignissimos, sed etiam varietate argumenti commendabiles.

Primo sistitur *Enumeratio stirpium in Arragonia noviter detectarum*, deprompta, ex Introductione in Oryctographiam et Zoologiam Arragoniae, sine impressionis loco 1774 edita. Auctor — Cl. IGNATIVS DE ASSO, uti ferunt jam antea *Synopsin plantarum Aragoniae* typis ediderat, quam vero, quidquid agerem, mihi comparare non potui. Hac ipsa Enumeratio pro Supplemento vel continuatione Synopseos haberi debet, et de illa Auctor ipse sic habet:

„Enumerationem subiungimus earum stirpium, quas circa Oscam, Iaccam, et in al-
 „pibus

„pibus Pyrenaicis nuper deteximus. Ex illa-
 „rum varietate, vel elegantia quilibet per-
 „spiciet, quantum ex Pyrenaeis Aragonia di-
 „ligenti investigatione perlustratis expectari
 „possit: nos etenim, intercedentibus gravio-
 „ribus negotiis, vix sex dierum spatio mon-
 „tes circa *Hecho, Canfran, Sallent, et Panticosa*
 „obiter peragravimus, multoque maturius,
 „quam constitutum erat, discessimus. Et
 „quia non facile facultas erit de hoc argu-
 „mento iterum scribendi, inter caeteras plan-
 „tas eas etiam recensemus, quas in Aragonia
 „nascentes commemorat Flora Hispanica Io-
 „sephi Quer 1) Superioribus accedunt species
 „aliquae Parisiis missae ab officioso, et peri-
 „tissimo Botanico Cl. l'Heritier, quas ab ami-
 „co in nostro solo plantas legente obtinu-
 „erat: tum denique nova *Salviae* species, et
 „Cl. Linnaeo incognita, quam circa *Darocam*
 „crescentem observavit amicus noster singu-

A 3

„laris

1) Huius Operis continuatio è Typographia Matritensi
 nuper prodiit. Editionem promovit vir non vulgaris
 eruditionis Iosephus Perez Cavallero Horti Regii
 Praefectus, cuius splendorem et incrementa optimis
 consiliis, et magna iudicii dexteritate fovet.

„laris Michael Barnades 2), Medicinae scien-
 „tia, et accurata plantarum cognitione prae-
 „stantissimus. Porro aliquarum stirpium in
 „Synopsis enumeratarum memoriam revoca-
 „mus ut quaedam minus accurate proposita
 „emendemus, vel alia ad specierum illustra-
 „tionem spectantia quasi parerga adiungamus.

Sequitur Dom. VANDELLII de arbore Dra-
 conis, f. Dracaena Dissertatio, Olisipone, 1762
 impressa, quae varias propter controversias quas
 inter Germanos et Suecos Botanicos stirps ista
 excitavit, et de quibus praecipue consulenda
 REINH. BERENS Diss. inaug. de Dracone arbore
 Clusii, 4. maj. Goetting. 1770. (recusa in CHR.

FR.

- 2) Novam stirpium Hispanicarum historiam parabat Mi-
 chael Barnades pater, magni nominis Botanicus et
 quondam in Horto Matritensi Professor laudatissimus,
 subjectis ultra CXX tabulis, in quibus *Beithariae*,
Veneriae, *Hispidellae* genera, et species quamplu-
 rimae novae, vel rarissimae accuratis iconibus illu-
 strantur. Tam egregii Operis editioni, quae ad mag-
 num Auctoris et Hispaniensis Florae ornamentum com-
 parata fuit, luctuosum optimi viri fatum intercessit.
 Stupendum plantarum, et observationum thesaurum
 in ordinem concinnum adduxit filius; eius autem
 publicationem invidorum μηχανηματα in fausta im-
 pedimenta haecenus retardarunt.

FR. LVDWIG delect. opusc. ad scient. nat. spectantium, Vol. I. p. 389-432.), nostris, uti spero, Botanicis, non ingrata erit.

Excipit hancce, eiusdem VANDELLII *Fasciculus plantarum cum novis generibus et speciebus*. 4to. Olisipone 1771. in typographia Regia impressus, cuius insertio tum propter raritatem stirpium in illo descriptarum, tum propter descriptionum iconum quae praestantiam excusatione non indiget. Quam in hoc Fasciculo POMBALIAM IPECACUANHAM eam in sequenti libello VIOLAM *Ipecacuanham* nuncupat Auctor. Ceterum nondum certo constat, utrum haec vera sit planta, de qua Ipecacuanhae officinarum Radix depromitur, nec ne? Cf. de hac re ANDRAEAE nimis certe superficialiariam epistolam, *sur les diverses espèces de plantes nommées Ipecacuan, ou Ipecacuanha, au Bresil*, in *La Med. éclairée* I. 8. p. 238-243.


Florae Lusitanicae et Brasilianae specimen, eodem Vandellio auctore agmen claudit. Depromptum est e libro vel adhucdum in nostris regionibus plane ignoto, cui titulus:

Diccionario dos Termos Technicos de Historia natural extrahidos das Obras de Linneo, com a sua explicação, e estampas abertas em cobre, para facilitar a intelligencia dos mesmos. E a Memoria D. Maria I. Nofsa senhora

Domingos *Vandelli* Director do Real Iardim Botanico, e lente das Cadeiras de Chymica, e de Historia Natural na Universidade de Coimbra &c. 8vo. Coimbra: na Real Officina da Universidade, com licença da Real Mesa da Commisao Geral Sob're o Exame a Censura dos Livros, foi taixado este Livro em Papel a dous mil e duzentos reis. Vende-se na loja de Antonio Barneoud à Sé velha, 1788. p. XXXVI. et 301. c. tab. aen. XX.

Varia illo continentur maxime memorabilia. Descriptiones novorum generum, quorum alia per femina à *Dombeyo*, magni nominis peregrinatore, cui mortuo bene fit! allata, apud nos nota, alia, uti credo, penitus ignota sunt. De caetero specimen istud, desiderium majoris Operis, pro virili absoluti, et *omnes* in Lusitania et Brasilia inventas stirpes pertractantis, iure merito excitare debet.

Sed hoc meum conamen iam aequitati eruditorum submitto. Si ex eorum iudicio, utilitas aliqua ex illo ad Botanicen redundat, alio fasciculo eruditione non minus varia refertos, Botanicisque placituros edere libellos studebo. Turici Helvetorum mense Februario 1796.



E N V M E R A T I O
S T I R P I V M
I N A R R A G O N I A N O V I T E R D E T E C T A R V M.

V E R O N I C A.

1. **V**eronica *Teucrium*.
Habitat in monte *Uruel*, circa *Canfranc*.
2. Veronica *serpillifolia*.
Provenit circa *Canfranc*, en el *Formigal de Sallent*.
3. Veronica *montana*.
Habitat in monte *Lizara* circa *Araguès*.
4. Veronica foliis ovatis integerrimis, racemo terminali,
caule procumbente.
Habitat in monte *Soba* circa *Sallent*, en el *Formigal*.
Planta dodrantalis. Ob caules non fruticosos, et
folia integerrima ad *V. serpillifoliam*, vel *fruticulo-*
sam referri nequit. Icon Clusiana Veronicæ fruti-
culosæ nostræ non male exhibet, cum in ea folia
integerrima appareant, quæ crenata dixit Clusius in
descriptione.
5. Veronica foliis ovatis, sessilibus, racemo terminali.
An *V. Ponaë* Gouan *Illustr.* p. 1?
Icon. *Plukenetii* Tab. 233. f. 2. convenit.
Habitat in monte *Uruel*. Folia omnia in meo exemplari
opposita. Caulis erectus.
6. Veronica *verna*.
Provenit in monte *S. Joannis Pinnatensis*.

 PINGVICULA.
7. *Pinguicula alpina.*

Provenit in monte *Tzas.*

VTRICULARIA.

8. *Vtricularia vulgaris.*

Habitat Caesaraugustae in aquis stagnantibus.

VERBENA.

9. *Verbena supina.*

Habitat circa *Santa Cilia* non longe à S. Ioanne Pinna-
tensi.

SALVIA.

10. *Salvia (Phlomisoides)* foliis lanceolatis, dentatis, hirsutis, viscidis. Tab. I. Fig. I.

Habitat in monte vulgo *el Puerto de Daroca.* Plauta cubitalis, aut maior, tota lanata, viscidissima. Folia annua, lanceolata, dentata, inferiora subpetiolata, summa sessilia. Bractae cordato-lanceolatae, calycibus longiores. Flores verticillati, pedunculati, verticillis saepius 6 floris. Calyx subpentagonus bilabiatus. Corolla alba: galea compressa subfalcata: barba trifida, segmentis lateralibus erectis subovatis, medio orbiculato concavo. Stamina 2. Germen 4-fidum: stylus exertus, stigmate semibifido.

VALERIANA.

11. *Valeriana Calcitrapa.*

Habitat circa *Santa Cruz, Tebra.*

12. *Valeriana saxatilis.*

Legi in monte *Guara.*

POLYCNEMVM.

13. Polycnemum
- arvense*
- .

Legi circa *Luna*.

IRIS.

14. Iris
- pumila*
- .

Habitat circa *Santa Cruz*.

15. Iris
- spuria*
- .

Provenit in pratis circa *Turiasonem*.

16. Iris
- foetidissima*
- .

Habitat circa *Oscam, Barluenga*.

POA.

17. Poa
- eragrostis*
- , spiculis 12-floris.

Habitat circa *la Virgen de Urban*.

CYNOSVRVS.

18. Cynofurus
- Lima*
- .

Ad vias frequens *Caesaraugustae*, circa *Epila*.

BROMVS.

19. Bromus spiculis fessilibus 4 floris, imbricatis.

Habitat circa *Pueyo*. Flosculi omnes, et calyces aristati:
culmus glaber.

TRITICVM.

20. Triticum
- maritimum*
- .

Habitat *Caesaraugustae*, ad margines agrorum, sed rarius.

MINVARTIA.

21. Minuartia
- campestris*
- .

Provenit *Caesaraugustae* in ficcis.

SCABIOSA.

22. Scabiosa
- leucantha*
- .

Habitat circa *Boria, Caesaraugustae*.

23. Sca-

23. *Scabiosa sylvatica.*Provenit en el *Formigal de Sallent.*

ASPERVLA.

24. *Asperula odorata.*Habitat in monte *Lamata.*

GALIVM.

25. *Galium foliis octonis, laevibus, aristatis, caulibus ramosis, procumbentibus. Legi in summo monte Txas. Planta vix pollicaris: folia imbricata. An varietas G. faxatilis?*

PLANTAGO.

26. *Plantago Loeflingii.*Habitat *Caesaraugustae* loco dicto *la Era de Chueca.*

BVFONIA.

27. *Bufonia tenuifolia.*Habitat *Caesaraugustae* fecus viam *Matritensem*, et circa *Tronchon.*

SAGINA.

28. *Sagina procumbens.*Legi en el *Formigal de Sallent.*

HELIOTROPIVM.

29. *Heliotropium supinum.*Habitat circa *Santa Cruz.*

ANCHVSA.

30. *Anchusa sempervirens, five Buglossum latifolium C. B.*Habitat in monte *Cauno* Quer. III. p. 311.

PVLMONARIA.

31. *Pulmonaria officinalis.*Provenit copiose in pinetis monte *Urban.*

SYMPHYTUM.

32. *Symphytum tuberosum.*

Habitat circa *Cannardo.*

Mefersmidia cancellata Syn. n. 162.

Haec planta, quam examine cum optimo praeceptore instituto ad Mefersmidiae genus retulimus, ex aliquot Botanicorum sententia minime differt à Lithospermo *dispermo* à Linnaeo filio descripto in 1^a Decade; quod quidem opus nondum nobis consulere licuit.

ANDROSACE.

33. *Androface villosa.*

Habitat in montibus *Tzas, Soba, Formigal de Sallent.*

PRIMULA.

34. *Primula integrifolia.*

Provenit in montibus *Tzas, Soba.*

SOLDANELLA.

35. *Soldanella alpina.*

Habitat in montibus *Tzas, Soba.*

LYSIMACHIA.

36. *Lysimachia nummularia.*

Habitat in Pyrenaeis Aragoniae Quer. V. p. 389.

ANAGALLIS.

37. *Anagallis tenella.*

Provenit in monte *S. Joannis Pinnatensis*, locis humidis.

AZALEA.

38. *Azalea procumbens.*

In Pyrenaeis Aragoniae Quer. IV. p. 197.

 CAMPANULA.
39. *Campanula rotundifolia.*

Habitat circa *Pueyo*. Folia radicalia cordata, ferrata:
caulis multiflorus.

40. *Campanula speculum.*

Legi prope el *Pantano* de *Huesca*. Corolla incisa, non
tamen ad imum.

41. *Campanula Erinus.*

Habitat circa *Ricla*, *Rodanas*.

PHYTEUMA.

42. *Phyteuma hemisphaerica.*

Habitat in monte *Tzas*, en el *Formigal* de *Sallent*.

43. *Phyteuma spicata.*

Habitat cum praecedenti.

LAGOECIA.

44. *Lagoecia Cuminoides.*

Provenit in monte *Vrban*.

GLAUX.

45. *Glaux maritima.*

Provenit in pratis falsis circa *Lumpiaque*.

CHENOPODIUM.

46. *Chenopodium murale.*

Habitat circa *Cannardo*.

SALSOLA.

47. *Salsola radice lignosa*, caule erecto, foliis teretibus.

Habitat in lacu falso de *Agon* circa *Magallon*.

Salsola fruticosa *Syn. n. 227.*

Planta hoc nomine in Synopsi proposita est *Chenopodium maritimum*, quod nasci observavimus in dicto Valle *Vrreae*, et prope *Pinseque*.

VELEZIA.

48. *Velezia rigida.*

Habitat Caesaraugustae ad margines agrorum. In colle
el Algezar prope Rodanas etiam obvia fuit.

GENTIANA.

49. *Gentiana acaulis.*

Habitat in montibus *Tzas, Lizara, Soba.*

ERYNGIVM.

50. *Eryngium (Bourgati)* caule simplici, foliis ternatis,
 laciniis bitripartitis, retroflexis, rameis oppositis,
 paleis lanceolatis integerrimis *Gouan* Illustr. p. 7.
 tab. 3. optima.

Habitat circa *Sallent, el Pueyo*, in monte *Tenefrito*
 circa *Panticosa*. Descriptioni Cl. Gouani nihil addi
 potest.

TORDYLIVM.

51. *Tordylium nodosum.*

Habitat circa *Tronchon.*

PEUCEDANVM.

52. *Peucedanum officinale.*

Provenit circa *Torralva*; et circa *Oscam* in collibus
 ultra *Pebredo.*

HERACLEVM.

53. *Heracleum alpinum.*

Provenit circa *Hecho, Araguès.*

SIVM.

54. *Sium Falcaria.*

Habitat *Caesaraugustae* loco dicto *las Fuentes.*

CORIANDRUM.

- 55.
- Coriandrum testiculatum.*

Habitat circa *Tronchon.*

CHAEROPHYLLUM.

- 56.
- Chaerophyllum hirsutum.*

Legi in summo monte *Yenefrito.* Flores rubicundi.

CARUM.

- 57.
- Carum (Bunius)*
- umbellis septemfidis, foliis radicalibus ternatis, quinatisque, caulinis bipinnatis, linearibus, summis fetaceis
- Gouan Illustr. p. 20.*

Habitat in Pyrenaeis circa *Hecho, Canfranc.*

VIBURNUM.

- 58.
- Viburnum Opulus.*

Habitat ad aquas circa *Lituèngo.*

LINUM.

- 59.
- Linum*
- foliis lanceolatis hirsutis, saepius oppositis
-
- Scopoli Fl. Carn. Tab. XI.*

An varietas *L. hirsuti?*Habitat circa *Oscam*, in monte *Gratal*, prope *Iaccam, Hecho.* Folia caulina trinervia: flores purpurei, subsessiles.

DROSEREA.

- 60.
- Drosera rotundifolia.*

Provenit ad aquas circa *Santa Cruz.*

SCILLA.

- 61.
- Scilla Lilio-hyacinthus.*
- Tab. I. fig. 2.

Habitat en el *Formigal de Sallent.* Radix tunicata.
Folia lineari-subulata. Flores corymbosi caerulei,
petalis erectis persistentibus. Antherae caeruleae.

ANTHERICVM.

62. *Anthericum Liliastrum.*

Habitat in Pyrenaeis Quer. V. p. 344. In monte *Cauno*
Cienfuegos I. pag. 144.

ORNITHOGALVM.

63. *Ornithogalum pyrenaicum.*

Habitat in Pyrenaeis Aragoniae Quer. VI. p. 30.

FRANKENIA.

64. *Frankenia laevis.*

Habitat in falsis circa *Borja*.

ERICA.

65. *Erica arborea.*

Habitat in valle *Tena*.

66. *Erica multiflora.*

Habitat cum antecedenti.

DAPHNE.

67. *Daphne alpina.*

Habitat in monte *Tenefrito* circa *Panticosa*.

68. *Daphne Cneorum.*

Provenit circa *Puendeluna*, *Zuera* ad flumen *Gállego*.

Passerina hirsuta Syn. n. 343.

Expungenda est, nam quae *Matapollo* à nostratibus vocatur diversam, et novam speciem constituit. Est itaque :

Sanamunda vermiculata *πανυσελεκῆς* *Barrel.* Ic. 231.

Obf. 1355.

Synonymum indicavit Cl. HÉRITIER Botanicus Parisiensis, qui nos benigne admonuit. Caules glabri; folia ovata, obtusa, subcarnosa: flores lutei, sessiles.

POLYGONVM.

69. Polygonum *Hydropiper*.
In aquosis circa *Jaccam*, *Oscam*.
70. Polygonum *viviparum*.
Habitat in monte *Tzas*.

RHODODENDRVM.

71. Rhododendrum *ferrugineum*.
Habitat in monte *Soba*, en el *Formigal de Sallent*.

SAXIFRAGA.

72. Saxifraga foliis radicalibus oblongis, ferratis, caulinis spatulatis.
Saxifraga aizoon Jacquin Fl. Aust. V. pag. 18. 19. Tab. 438. optima.
Saxifraga foliorum ora cartilaginea ferrata, petiolis paucifloris, petalis punctatis Haller. *Helv. n. 978*.
Habitat in monte *Tzas*, circa *Panticosa*.
73. Saxifraga *sedoides*.
Habitat in montibus *Tzas*, *Panticosa*, *Soba*, *Formigal*.
74. Saxifraga *cuneifolia*.
Habitat in montibus *Tzas*, *Soba* ad rivulos.
75. Saxifraga *autumnalis*.
Habitat ad rivulos cum praecedenti.

GYPSOPHYLA.

76. Gypsophila *fastigiata*.
Habitat circa *Pueyo* in alveo fluvii *Gállego*.

CUCVBALVS.

77. Cucubalus *reflexus*.
Provenit *Caesaraugustae*.

SILENE.

78. *Silene muscipula*.
Caesaraugustae frequens.
79. *Silene acaulis*.
Provenit in montibus *Tzas, Soba*.

STELLARIA.

80. *Stellaria*, five *Alfina nemorum*.
Habitat in monte *Cauno* Quer. II. p. 260.

ARENARIA.

81. *Arenaria serpillifolia*.
Provenit circa *Tronchon*.

OXALIS.

82. *Oxalis corniculata*.
Habitat in monte *Pinnatensi* versus antiquum Templum.

LYCHNIS.

83. *Lychnis flos cuculi*.
Provenit in humidis circa *Santa Cruz*; in monte *Lamata*.

EUPHORBIA.

84. *Euphorbia Esula*.
Legi in monte *Yenefrito*.
85. *Euphorbia umbella* universali trifida, partiali bifida,
foliis linearibus, bracteis cordatis.
Tithymalus Linariae folio, floribus luteis lunatis *Cat.*
Hort. Rom. Tab. 26. bona.
Habitat in edito loco, vulgo el *Puerto del Frasnó*.
Folia, seu bracteae post exortum ramorum cordata, opposita, per intervalla remota. Petala lunata; fructus laevis.

AIZOON.

86. *Aizoon hispanicum.*

Habitat *Caesaraugustae* loco dicto las *Fuentes* ad mace-
riam vulgo *el Cerrado* del Hospital; et in tractu
Miralflores.

Planta rorulenta, ut *Mesembryanthemum crystal-
linum*. Caules procumbentes. Folia ad exortum
ramorum subopposita, amplexicaulia, lanceolata,
obtusa. Flores sessiles. Capsula superne 5 angula,
sinuebus interiētis.

SPIRAEA.

87. *Spiraea foliis cuneiformibus*, superne incis.

An *Spiraea crenata*?

Habitat circa *Osc* in collibus ultra *Pebredo*.

ROSA.

88. *Rosa Eglanteria.*

Habitat circa *Jaccam*.

CAPPARIS.

89. *Capparis spinosa.*

Hispanis *Alcaparra*: nostratibus *Tapara*.

Provenit spontanea *Caesaraugustae* ad macerias: copiose
vero in rupibus circa *Ballovar*.

PAPAVER.

90. *Papaver Cambrium.*

Provenit circa *Sallent* eundo ad montem *Soba*.

CISTVS.

91. *Cistus populifolius.*

Habitat circa *Cannardo*.

92. *Cistus suffruticosus exstipulatus*, caulibus prostratis,
foliis elliptico-lanceolatis, petiolatis, hirtis.

Helian-

Helianthemum angusto, serpillifolio, villosum, flore aureo, italicum Barrel. *Ic.* 488.

Habitat circa *Pueyo, Oscam*. Folia hirta praesertim margine, et paula latiora, quam in *Icone* Barrelieri, ubi exstipulata pinguntur: unde hoc synonymum à Cl. Linnaeo in *C. hirta* adpositum huc pertinere putamus. Flores longe pedunculati, lutei: calyces hispidi,

93. *Cistus ledifolius*.

Habitat circa *Oscam* vertus *Loveto*.

94. *Cistus suffruticosus exstipulatus, foliis ellipticis, superioribus sessilibus.* Tab. I. fig. 3.

An varietas *C. Oelandici*?

Provenit circa *Pueyo, Panticosa*. Radix lignosa repens: caules erecti; folia inferiora subpetiolata, margine et carina saepius ciliata: superiora glabra, elliptica. Bractae lineares. Flores parvi lutei, longe pedunculati, et inter se distantes.

95. *Cistus Tuberaria*.

Habitat in monte *Cauno* in pratis *S. Luciae*, sed parcius.

96. *Cistus thymifolius*.

Chamaecistus luteus thymi folio Barrel. *Ic.* 443. bona.

Legi *en el Castellar* prope *la venta de Coscon*.

97. *Cistus suffruticosus erectus, stipulatus, foliis lanceolatis, petiolatis, subtus incanis, summis maioribus.* *Helianthemum luteum, imis serpillifoliis* Barrel.

Obs. 527. *Ic.* 440.

Habitat in *Valle Tena*. Descriptio *Iussiaei* cum nostris plantis convenit.

98. *Cistus suffruticosus stipulatus, caulibus ascendentibus pilosis, foliis petiolatis, ovatis, subtus incanis.*

Helianthemum alpinum oleae folio, subtus incano Tournef. p. 250.

Habitat in montibus circa *Hecho*, *Araguès*, *Panticosa*.
 Caules inferne lignosi decumbentes, superne erecti, pilosi: folia supra hirsuta, subtus incana, summa saepius maiora. Racemus longus 10- vel 12- florus. Flores rubri, pedunculati: calyces hirsuti. Bractæae lineares. A *Cisto mutabili* IACQ. minime differt, nisi caulis et foliorum hirsutia.

99. *Cistus* foliis inferioribus subrotundis, petiolatis, summis oblongis.

Habitat cum praecedenti, à quo differt floribus magnis luteis, foliis minus hirsutis, inferioribus ad orbicularem figuram accedentibus.

An varietas *C. nummularii*? f. potius *mutabilis*? quippe qui floribus luteis et rubris ludat.

100. *Cistus* suffruticosus stipulatus, foliis oblongis petiolatis, obtusis.

Helianthemum foliis maioribus, flore albo Tournef. p. 248.

Habitat in valle *Tena*. Flores albi: calyces leviter villosi. Folia subtus incana bractæae lineares.

101. *Cistus racemosus*.

Cistus lavendulae latifoliae folio Barrel. Ic. 288.

Habitat *en el Castellar*, circa *Epila*, *Pozuelo*, *Txar*.

Cistus Helianthemum Syn. n. 474.

Haec species qualis in Aragonia nascitur uberius nobis explananda est. Caules procumbentes: folia linearia, obtusa, pilosa, nonnihil revoluta: flores parvi lutei; calyces pilosi. Eius synonymum est:

Helianthemum supinum, hysopi foliis, villosis Barrel. Ic. 818.

 ACONITVM.

102. *Aconitum Lycoctonum.*

Habitat in monte *Cauno.*

ANEMONE.

103. *Anemone alpina.*

Habitat in monte *Soba* circa *Sallent.*

104. *Anemone sylvestris.*

Habitat cum praecedenti.

105. *Anemone ranunculoides.*

Habitat in monte *Soba*, *en el Formigal.*

RANUNCVLVS.

106. *Ranunculus Pyrenaeus.*

Provenit copiose in monte *Tzas.*

107. *Ranunculus amplexicaulis.*

Habitat in monte *Yzas*, *en el Formigal de Sallent.*

108. *Ranunculus platanifolius.*

Nascitur in monte *Lizara* circa *Araguès*; *en el Formigal*, *en Soba.*

109. *Ranunculus nivalis.*

Habitat in monte *Lizara*, *en el Formigal.*

Caulis uniflorus; foliis caulina saepius 3, palmata; summa profundius incisa. Calyx non coloratus. Ex his, quae tradit Cl. Jacquin Fl. Austr. IV. p. 13. *Ranunculum Pyrenaicum* Cl. Gouani nostri varietatem existimo.

110. *Ranunculus polyanthemus.*

Habitat in monte *Lizara.*

 CALTHA.
111. *Caltha palustris.*

Provenit copiose ad rivulos in montibus *Tzas, Soba, Formigal.*

AIUGA.

112. *Aiuga reptans.*

Habitat in montibus *Guara, Lamata.*

SIDERITIS.

113. *Sideritis scordioides.*

Habitat in monte *Guara*; circa *Beruela.*

Sideritis Syn. n. 518.

Species in Synopsi proposita à *S. scordioide* est omnino diversa. Extat in horto sicco Cl. *Barnades*, cuius cura delineata est sub nomine *Sideritidis spinulosae.*

MENTHA.

114. *Mentha cervina.*

Habitat circa *Vsed.*

GALEOPSIS.

115. *Galeopsis Tetrahit.*

Habitat *en el Formigal*, in monte *Soba.*

116. *Galeopsis Galeobdolon.*

Habitat in monte *Lizara* circa *Araguès.*

STACHYS.

117. *Stachys sylvestris.*

Habitat circa *Pueyo.*

THYMVS.

118. *Thymus Zygis.*

Habitat circa *Odon.*

MELISSA.

119. *Melissa Nepeta*, five *Calamintha pulegii* odore.

Habitat in Aragonia Quer. III. p. 346.

HORMINVM.

120. *Horminum pyrenaicum*.

Provenit in montibus *Tzas*, *Soba*.

MELITTIS.

121. *Melittis Melisophyllon*.

Habitat in monte *Guara* versus *el huevo de S. Cosme*.

SCUTELLARIA.

122. *Scutellaria galericulata*.

Habitat *Caesaraugustae* in aquis stagnantibus vulgo *Ebro viejo*.

PRVNELLA.

123. *Prunella hysopifolia*.

Habitat circa *Cannardo*, *Abena*.

BARTSIA.

124. *Bartisia alpina*.

Provenit in montibus *Tzas*, *Soba*, en *el Formigal*.

LATHRAEA.

125. *Lathraea clandestina*.

Habitat in monte *Guara* prope *la fuente de los Santos*.

PEDICVLARIS.

126. *Pedicularis sylvatica*.

Habitat in monte *Guara*.

127. *Pedicularis rostrata*.

Habitat in montibus *Tzas*, *Soba*, *Formigal*.

128. *Pedicularis verticillata.*

Habitat *en el Formigal* cum *Aethusa Meo*, *Veratro albo*,
et *Gentiana lutea*.

ANTIRRHINVM.

129. *Antirrhinum alpinum.*

Provenit in monte *Tzas*.

130. *Antirrhinum hirtum.*

Habitat circa *Epila*. Folia inferiora saepius glabra; in
hortis omnia parum hirsuta teste Cl. Jacquin Misc.
Auftr. II. p. 334.

SCROPHVLARIA.

131. *Scrophularia Scorodonia.*

Provenit in monte *Lizara*.

DIGITALIS.

132. *Digitalis foliis radicalibus spatulatis, floribus in spi-*
cam arcte congestis.

Habitat in monte *Cauno*, *en la Sierra de Villa roya*.
Corollae colore tristi parvae, et minores quam in
congeneribus: labium inferius integrum villosum,
obtusum. Planta cubitalis, et fesquicubitalis. An
varietas *D. ferrugineae*?

OROBANCHE.

133. *Orobanche laevis.*

Provenit circa *Oscam*.

ACANTHVS.

134. *Acanthus mollis.*

Habitat in monte *Cauno* Quer. II. p. 155.

MYAGRUM.

135. *Myagrurn saxatile.*

Habitat in monte *Pennaroya* circa *Taguena*. Folia radicalia ovata, rariter dentata, vix petiolata, caulina longe petiolata, integerrima; at summa fessilia. Caulis flexuosus.

Myagrurn irregulare Syn. n. 581.

136. Hanc speciem in herbario Cl. Barnades nuper vidimus eisdem synonymis à nobis allatis, et accurata Icone illustratam.

LEPIDIVM.

137. *Lepidium alpinum.*

Habitat in montibus *Tzas*, *Soba*, *en el Formigal*. Flores tetradynami.

DRABA.

138. *Draba* scapo nudo, foliis linearibus aggregatis, laevibus.

An *D. aizoides*?

Habitat in monte *Tzas*.

THLASPI.

139. *Thlaspi hirtum.*

Provenit circa Cannardo.

140. *Thlaspi suffruticosum*, foliis spatulatis.

Habitat eundo ad montem *Soba*. An varietas *T. montani*? Flores caerulei: planta digitum longa.

COCHLEARIA.

141. *Cochlearia officinalis.*

Habitat in montibus circa Jaccam Quer. IV. p. 372.

142. *Cochlearia Armoracia.*

In Pyrenaeis Aragoniae Quer. IV. p. 379.

DENTARIA.

143. *Dentaria enneaphyllos.*

Habitat eundo ad montem *Soba* loco dicto *Lalana*.

CARDAMINE.

144. *Cardamine amara.*

Cardamine flore majore elatior Zanoni *Hist.* p. 66. t. 45.

Habitat *en el Formigal*. In nostris stolones defunt, ut animadvertit Hallerus.

SISYMBRIVM.

145. *Sisymbrium murale.*

Provenit in siccis circa *Epila*.

BRASSICA.

146. *Brassica arvensis* Tab. I. fig. 5.

Habitat circa *Epila* versus *el batan*. Folia carnosae, spatulata, integerrima, rarius in nostro solo dentata.

GERANIVM.

147. *Geranium phaeum.*

Habitat in monte *Lizara*.

148. *Geranium sylvaticum.*

Habitat in montibus *Lizara*, *Tzas*.

149. *Geranium* radice lignosa crassa, pedunculis bifloris, foliis 5-partitis, incis, villosis.

An varietas *G. argentei*?

Habitat in summo monte *Tzas*. Folia minime argentea.

ALTHAEA.

150. *Althaea* foliis trilobis, superioribus subhastatis, leviter villosis. Tab. I. fig. 4.

Habitat circa *Oscam*, à Cl. P'Heritier communicata.

Flores longe pedunculati, phoenicei.

Malva

Malva hispanica Syn. n. 647.

Quae de hac specie ibi tradimus delenda sunt, et rep-
nenda *Malva Tournefortiana*. Haec calyce exteriori
triphylo gaudet: sed foliolum decidens plantam cum
calyce diphylo relinquit; quod quidem nos in erro-
rem induxit.

LAVATERA.

151. *Lavatera trimestris*.

Unicum specimen vidimus eundo ad oppidum *Taufte*
loco dicto *barranco de Mira*.

FUMARIA.

152. *Fumaria bulbosa*.

Habitat in monte *Tzas*.

POLYGALA.

153. *Polygala Chamaebuxus*.

Habitat circa *Vruel* versus *Ara*.

SPARTIVM.

154. *Spartium Scorpius*.

Vulgo *Aliaga*.

In montibus, et ficcis vulgatissimum. Quod in Synopsi
n. 661. scripsimus de hac specie intelligendum est.
Nam *Spartium spinosum* ibi propositum *Erizo* vo-
catur, et provenire observavimus copiose in monti-
bus *Guara*, *Gratal*, versus *el Pantano de Huesca*.

GENISTA.

155. *Genista tinctoria*.

Habitat circa *Oscam*.

 ONONIS.

156. *Ononis viscosa.*

Provenit circa *Taufte, Gallur.*

157. *Ononis fruticans, incana, angustifolia, ferrata, flore purpureo, Barrelier Obs. 844. Ic. 299.*

Habitat circa *Bujaraloz Quer. III. p. 49.*

ANTHYLLIS.

158. *Anthyllis montana.*

Habitat circa *Tronchon.*

PISVM.

159. *Pisum Ochrus.*

Provenit *Caesaraugustae* in agris pone *Castellum.*

OROBVS.

160. *Orobus tuberosus.*

Habitat *en el Formigal.*

161. *Orobus vernus.*

Habitat circa *Tronchon.*

162. *Orobus pyrenaicus.*

In *Pyrenaeis Aragoniae Quer. VI. p. 34.*

VICIA.

163. *Vicia hybrida.*

Caesaraugustae in agris non rara.

ASTRAGALVS.

164. *Astragalus Epiglottis.*

Habitat circa *Pueyo, in monte Guara.*

165. *Astragalus fruticosus, calycibus subsessilibus, inflato-globosis, petiolis spinescentibus. Tab. II. fig 2.*

Non est *Tragacantha humilior, floribus luteis C. B. 388.*

quae flores gerit pedunculatos.

Provenit copiose circa *Gallur*, et inter lacum *Agon*, et viam publicam, quae *Caesaraugusta* Pampilonem ducit.

Frutex palmaris. Folliola elliptica, utrinque incana, mucrone terminata. Flores 3, aut 4 congesti, etiam solitarii, subsessiles. Calyces pallide flavi, vel rubentes, villosi. Corolla ochro-leuca. Legumen ovatum, compressum, minimum, uniloculare, incanum. Semen unicum reniforme. Saepius abortat.

166. *Astragalus stella*.

Habitat *Caesaraugustae* in ficcis: mense Maio huius anni copiose florebat.

TRIFOLIUM.

167. *Trifolium alpinum*.

Habitat in montibus *Tzas, Soba, en el Formigal*.

Radix sapore *Glycyrrhizae*.

168. *Trifolium spadiceum*.

Habitat *en el Formigal*.

TRIGONELLA.

169. *Trigonella Monspeliensis*.

Provenit *Caesaraugustae* ad margines agrorum.

HYPERICUM.

170. *Hypericum Androsæmum*.

Habitat in monte *Cauno* Quer. III. p. 30.

171. *Hypericum tomentosum*.

Provenit circa *Oscam*.

172. *Hypericum nummularium*.

Legi in rupe humida juxta viam inter *Pueyo*, et *Viescas*.

 HIERACIVM.
173. *Hieracium cerinthoides*.

Habitat in Pyrenaeis Aragoniae Quer. V. p. 228.

Hieracium balsameum Syn. n. 767.

Forfan est mera varietas *Hieracii amplexicaulis*.

CREPIS.

174. *Crepis Sibirica*.

Provenit in Pyrenaeis Aragoniae Quer. V. p. 228.

HYPOCHAERIS.

175. *Hypochaeris maculata*.

Habitat en el Formigal de Sallent.

CARDVVS.

176. *Carduus foliis amplexicaulibus, pinnatifidis, laciniis fursum pinnatis, calycibus inermibus.*

Carduus rivularis Jacquin Fl. Austr. I. p. 57. Tab. 91. optima.

Habitat en el Formigal de Sallent ad rivulos.

Caulis bicubitalis, striatus: foliola fursum saepius dentata, spinis inermibus. Calyx squamis lanceolatis, apicibus fuscis. Flores erecti 3, vel 4 congesti.

177. *Carduus (Carlinoides) foliis decurrentibus decursive pinnatis, pinnulis palmato-quadrifidis, aculeatis lanatis, caule corymboso multifloro, floribus glomeratis* Gouan. Illustr. p. 62. Tab. 23.

Habitat in montibus Texas, Soba, circa Panticosa.

CNICVS.

178. *Cnicus spinosissimus*.

Habitat circa Sallent.

CACALIA.

179. *Cacalia alpina*.

Habitat in monte Texas, Soba. Folia glabra: flosculi 5, vel 6.

Santo-

Santolina rosmarinifolia Syn. n. 850.

Species à nobis circa pagum *Rodenas* observata *S. rosmarinifoliae* varietas videbatur. Eandem in herbario Cl. Barnades nomine *Santolinae ageratifoliae* postea invenimus, unde novam speciem esse perspicue apparuit. Caules in nostra, ut in Exemplari Barnadiano, simplices; folia linearia, carnosae, duplici denticulorum ferie in utroque margine.

Artemisia herba alba Syn. n. 810.

Synonyma ibi adposita delenda sunt, monente Cl. Pourret Botanico Narbonensi peritissimo, qui speciem nostram cum Helvetica contulit, et omnino distinctam esse comperit.

GNAPHALIVM.

180. *Gnaphalium alpinum*.

Provenit in monte *Tzas* versus *la venta de Zocotor*.

ERIGERON.

181. *Erigeron alpinum*.

Provenit circa *Tronchon*. Caules in nostro paniculati.

CONYZA.

182. *Conyza squarrosa*.

In Aragonia Quer. IV. p. 411.

Aster Aragonensis Syn. n. 832.

Haec planta, ut in Synopsi indicavimus, melius sub *Erigerontis* genere collocatur. In Herbario Cl. Barnades extat eadem species aptissimo nomine *Erigerontis rosmarinifolii*, cum accurata Icone.

ARNICA.

183. *Arnica montana*.

Provenit copiose *en el Formigal de Sallent*. Ad contusiones

fiones eximia experimentis Michaelis Fehr. *Collect. Acad.* III. p. 358.

184. *Arnica scorpioides.*

Legi in monte *Tzas.*

ACHILLEA.

185. *Achillea nana.*

Habitat circa *Hecho, Panticosa.*

CENTAUREA.

186. *Centaurea linifolia.* Barrel. *It.* 162. bona.

Habitat circa *Rodanas*, et circa *Ricla* in praedio amici nostri, et viri Eruditi Hieronymi Garciae. Caulis simplex dodrantalis, uniflorus; folia obtusa, ciliata.

187. *Centaurea calycibus ferrato-ciliatis*, caulibus procumbentibus, foliis pinnatifidis, laciniis linearibus.

Legi circa *Used.*

188. *Centaurea galactites.*

Provenit *en el barranco de Torres.*

VIOLA.

189. *Viola calcarata.*

Habitat *en el Formigal*, in monte *Soba.*

190. *Viola biflora.*

Habitat in monte *Tzas.* Flores lutei.

ORCHIS.

191. *Orchis globosa.*

Provenit circa *Oscam.*

192. *Orchis sambucina.*

Provenit copiose *en el Formigal de Sallent.*

SATYRIUM.

193. *Satyrium nigrum.*

Habitat in silvis circa *Pueyo.*

CYPRIPIEDIVM.

194. *Cypripedium Calceolus.*

Habitat in monte *Cauno* Quer. III. p. 375.

ARISTOLOCHIA.

195. *Aristolochia rotunda.*

Habitat circa *Oscam.*

BETVLA.

196. *Betula alba.*

Hispanis *Abedul.*

Provenit copiose in valle *Tena* circa *Pueyo*, *Panticosa*,
Lanuxa. Succus ad calculum valet Feijoo *Cartas* V.
p. 365. Corticem ad induranda coria commendat
Howard *Collect. Acad.* VI. p. 116.

THELIGONVM.

197. *Theligonum Cynocrambe.*

Provenit *Caesaraugustae* sed rarius.

CARPINVS.

198. *Carpinus Betulus.*

Habitat in monte S. Ioannis Pinnatensis.

199. *Carpinus Ostrya.*

Habitat cum antecedenti. Ad Hortos Regios S. II. de-
fonti ex praedicto loco ambae species translatae fuere.

HIPPOPHAE.

200. *Hippophae Rhamnoides.*

Provenit circa *Pueyo.*

POPVLVS.

201. *Populus tremula.*

Provenit copiose in valle *Tena* circa *Pueyo*, *Panticosa.*

 IVNIPERVS.

202. Juniperus Oxycedrus.

Habitat circa *Ponzano*, Barbunnales, *Oscam*. *Baccae* edules.

203. Juniperus *phoenicea*.

In montosis frequens. A Junipero *thurifera* differt, quod in illa baccae sint maiores ex purpureo nigricantes, in hac rufescentes: folia in illa bina, opposita, acutiuscula; in hac terna, et obtusa: thuriferam pecus depascitur hyberno tempore, *phoeniceam* non item.

AEGILOPS.

204. Aegilops *triuncialis*.

Habitat *Caesaraugustae* ad margines agrorum.

205. Aegilops *incurvata*.

Gramen loliaceum iunceum, maius *Barrel*. *Ic.* 5.

Provenit *Caesaraugustae*.

EQUISETVM.

206. Equisetum *hyemale*.

Habitat circa *Matirero* in valle *Sarrablo*, sed rarius.

OSMVNDA.


207. Osmunda *regalis*.

Habitat in *Pyrenaeis Aragoniae* *Quer.* VI. p. 38.

ASPLENIVM.

208. Asplenium *Hemionitis*.

Habitat in *Pyrenaeis Aragoniae* *Quer.* V. p. 219.



DOMINICI VANDELLI
DISSERTATIO
DE
ARBORE DRACONIS,
SEV
DRACAENA.

DOMINICUS MANDRELLI

OPUS

ARBORE D'ARACONIA

DR. A. CALTELLA

VIRO CELEBERRIMO
D. D. GVALTERO WADE

S. P. D.

DOMINICVS VANDELLI.

Dracaenae, seu Arboris Draconis descriptionem Tibi inscribere, Vir celeberrime, decrevi, quum Tu jam superioribus annis eius fructificationem sub examine revocasti, atque figuram LOEFLINGIO ostendisti, quam tamen vorax ignis una cum copiosa Tua librorum supellectile in fatali Terraemotu consumpsit.

Tribus jam elapsis annis descriptionem et iconem huius arboris Cel. Equitis CAROLI LINNAEI suafu Regiae Vpsaliensi Societati communicavi, et ipse LINNAEVS DRACAENAM VANDELLI in ultima systematis Naturae editione nuncupavit: attamen eam typis committere differabam, exspectans in lucem edere opus *), quod absolutum anno 1765 approbasti. Continet integram naturalem Historiam Urbis, et Agri Olisiponensis; in qua plures plantarum et animalium

C 4

novas

*) *Historia naturalis Urbis et Agri Olisiponensis continens terras, lapides, petrefacta, thermas, plantas, animalia, eorumque usus in re Medica, Oeconomica et Artibus.*

novas species descripsi, quarum aliquas in ultima systematis Naturae editione invenies.

In relationibus autem publicis legens eamdem DRACAENAE plantam Cel. VAN SWIETENI consilio a C. D. CRANTZ nuper descriptam esse, et STORKIAE nomine insignitam *); in animum duxi; eius iconem rursus edere, atque descriptionem subiungere.

GRISLEY Viridarium Lusitanicum Linnaeanis nominibus illustratum, et Tibi inscriptum propediem proelum subibit.

Vale, Vir Celeberrime, in ornamentum, et incrementum Artis.

I.

*) Ex relat. Matrit. *Viena 2 de Julio 1768. El Confejero de Grantz Professor de Medicina en esta Universidad, ha publicado una carta Latina en forma de disertacion sobre las plantas nombradas Arbores Dracones Botanicorum. Habiendo florecido el ano passado una de estas Plantas en los Jardines de Schombrun, baxo la direccion de Mr. Steckhofen, el Auctor de la disertacion, encargado por el Varon van Swieten de examinarla, y hablar de ella; ha notado que no es la Asparagus Draco Linnaei; sino un nuevo genero, a que dá el nombre de Storckiae, denominacion propria para recordar los servicios esenciales que Mr. Storck ha hecho al Publico con utiles descubrimientos. La flor de esta especie de palma, que es muy rara, no se habia hasta ahora conocido por los Botanicos.*

I.

Sanguis Draconis est refina, quae e variis arboribus colligitur *Κιννάβαρις* a Dioscoride vocatur, a recentioribus Graecis *Αἷμα δράκοντος*, Arabibus *Alachnen* appellatur, omiffis *Plinii*, et *Solini* fabulis.

In variis Regionibus et ex diversis, plantis sanguis Draconis praeparari fertur; in Insulis Canariensibus, praecipue in illa *Portus Sancti* prope *Maderam*, et in ipsa *Madera*, in *Jamaica*, et *Madagascar* ex *Dracone arbore Clusii*. In *Amboina*, aliisque Indiae Orientalis tractibus ab *Arundine*, quae a *Kaempfero* (*Amoenit. exot.* p. 552. 554.) *Arundo farcta*, seu *Palma pinus*, *Palma Amboinensis*, Indis *Rotani Dsjerenang* dicitur. Pariter in *Java*, India Orientali a *Pterocarpo* (*Linnaei Fl. Zeylanica* 417.) seu *Dracone arbore Indica siliquosa*, *populi folio*, *Angsana*, vel *Angsava Javanica*. *Comm. hort.* I. p. 213. t. 109. et demum in nova Hispania ab arbore, quam *Hernandez* (*Plant. Animal. Mexic. Hist.* 59.) *Sanguinis arborem*, et Americani *Ezquahuir* vocant.

Draconem arborem *Clusius* primum Olisipone vidit post monasterium S. Virginis a Gratia. Cel. Eques *Carolus Linnaeus* hanc arborem mihi indicavit in Regio Horto ad *Alcantara*, quam sextili mense floridam observavi; cujus genus adhuc dubium erat *quamdiu flores nobis non visi*, quos ad *Asparagum*, aut *Medeolam* proxime accedere *rescripsit* *Loeßling*, qui in *Lusitania* horum iconem vidit. (*Demonstrationes plantarum in Horto Upsal.* Joh. Hojer.

Amoen. Acad. vol. 3. pag. 407.) et *Linnaeus* in ultima editione *Specierum plantarum* p. 451. *Fructificationem, quam etiamnum Olisipone, et in Hispania producit, non obtinui.*

II.

AVCTORES, qui Draconis aliquam descriptionem tradiderunt, fuere.

Clusius. Hisp. et Hist. I. Parkinsonus Theat. 1531. Ioh. Bauhinus I. 402. Rainus Hist. 2. 1598. Ionstonus Dendro: 288. Ochs Dissertatio de Sanguine Draconis. Altorfii Meierus 1712. Bayerus &c.

III.

CLASSIS *Ad Hexandriam monogyniam spectat.*

IV.

ORDO NATVRALIS an Liliaceis? Quis vero cum *aloe*, et *yucca* aliquam affinitatem dubitare possit, Draconem incertae sedis, seu inter vagas plantas enumerabit.

V.

SYNONYMA. Draco arbor. *Clusius Hisp. et Hist. I. Lobel. Cast. Lugd. Bauh. pin. 505.*

Arbor Gadensis Possidonii forte apud Strabonem Draco. *Tabern.*

Arbuscula Dragonalis. *Fragosus.*

Palma foliis longissimis pendulis, absque pedunculis e caudice glabro enatis. *Boerhaave. Lugdb. 2. pag. 169.*

Cordyline foliis inermibus integerrimis flaccidis. *Roy. Lugdb. 22.*

Yucca

Yucca Draconis. *Hojer. Amoen. Acad. Linnaei.*
vol. 3. p. 407.

Asparagus? caudice simplici, foliis ensiformibus
 mucronatis subcarnosis, imbricatis patentibus. *Lin-*
naeus Sp. pl. 451.

VI.

Habitat in India Orientali, &c.

VII.

DESCRPTIO.

CALIX nullus.

COROLLA sexpartita A. A. Tab. II. Fig. 3., unguibus
 cohaerens. *Laciniae* ovatae, apice acuto incurvato,
 pubescente: dorso carinatae G, revolutae A.

STAMINA *Filamenta* sex, erecta, corollam aequantia,
 unguibus inserta: inferne membranacea, medio ovato-
 compressa incrassata, superius subulata. *Antherae*
 oblongae incumbentes A. B.

PISTILLVM *Germen* ovatum sex fulcis striatum. *Sty-*
lus F longitudine staminum, subangulatus. *Stigma*
 trifidum, obtusum.

PERICARPIVM. *Bacca* F. ovata sexfulca, trilocularis.

SEMINA tria ovato-oblonga, apice incurvato.

Arboris altitudo est $18\frac{1}{2}$ pedum Parisiensium.

TRVNCSV. Caulis longitudo est 8 pedum. Fig. I.

Circumferentia 3 pedum et $7\frac{1}{2}$ pollicum. Caulis
 arboreus, scaber, subcinereus, rimosus, e cor-
 tice humorum fundens, qui, in rubram lacry-
 mam densatus, *Sanguis Draconis* appellatur. La-
 teraliter prope summitatem emittit pedales, aut
 bipedales ramos nudos, dependentes, extremitate
 digitatos.

digitatos. In caulis summitate exeunt sex rami divaricati, nudi, laeves, cum aliquibus lateralibus ramis dependentibus A. Illorum unusquisque in duos aut tres ramos (dependentibus pariter ornatos, et subdivisos in duobus aut tribus minoribus ramis moniliformibus bipedalis, aut amplius, longitudinis, et brachialis crassitudinis) desinit, qui striis, seu scissuris linearibus circularibus se invicem interfecantibus, et rubrâ lacrymâ turgidis ornatur. Fig. 2. Ab eorum extremitate exeunt folia.

FOLIA pedalia, Fig. 2. 4., ensiformia, mucronata, apice semi-involuta, subcarnosa, lucidè virentia, longitudinaliter striata, intus, et extus carinata, imbricata, basi dilatata, rubra, subrotundis complanatis rubescentibus globulis aspersa; qui sunt lacrymae e foliorum vasis excretoriis separatae, et ibi concretae.

Ex centro apicis rami foliis circumdato surgit racemus bipedalis, Fig. 2., suberectus, compositus, subfoliatus, albo-virescens, apice racemoso simplici, ramis alternis horizontalibus, qui in basi duobus aliis minoribus patentibus oppositis, (omnibus racemosis) donatur. In ramorum extremitate stipularum flocci.

Flores breviter pedunculati e pedunculo facile decedentes ob articulationem C, Fig. 3. plerumque quatuor H. ab eodem centro, stipulis quatuor lanceolatis I. circumdato oriuntur. Eorum longitudo, dum clausi sint, est 4. linearum. Aperti, lacinae sunt revolutae A. Mane clausi, vespere aperiuntur. Externus color in basi est spadiceus, reliquus est albo-virescens, interne albus.

FRVCTVS Bacca ovalis sex-fulca F, trilocularis, continens tria femina ovato-oblonga apice acuto incurvato. Color flavescens.

VIII.

Character artificialis.

Draco *yucciformis*. COR. infera 6-petala, revoluta.

Bacca 3-sperma.

IX.

PHARMACEVTICA. Draco Olisipone sub dio viret, et sub caniculae aestu resinam exstillat, quae arboris incisionibus copiosius colligi possit. Duas resinae species habemus. Prima, quae in globulos diametro 6, aut 7. linearum concrevit, externe lateritii coloris, interne nitentis, et coloris lapidis granati femiopaci. Secunda, quae in corticis scissuris irregulariter exsudat, et in subtiles laminas concrevit lateritii coloris: his adjungere potes globulos illos complanatos, pellucidos, rubescentes in foliorum superficie indicatos. De variis speciebus resinae vide *Geoffroy mat. med. Savary Diction. de Commerce Sang de Dragon*.

Resina haec est friabilis, obscurae rubra, quae trita pulchrum rubrum sanguineum colorem ministrat. Dumtaxat vini spiritu, aut oleosis solvitur. In igne exhalat fumus subacidus. Constat oleo crasso copioso, et acido sale simul permixtis; parum vero partium volatiliu oleosarum continet.

PRAEPARATA. Ejus tinctura. Dentiscalpia hac obducuntur.

COMPOSITA. Emplastrum stypticum, Pilulae Helvetii,
et quaedam electuaria &c.

SELECTVS. Resina in tabulis impurior, in globulis
vero optima.

DOSIS. In Haemorrhagiis, Dyfenteria, Gonorrhoea, et
fluore albo huius resinae dosis est a scrupulo uno
usque ad drachmam.

QUALITATES. Resina inodora, insipida.

X.

VIS. Incrassans, adstringens.

VSVS. Externe ad ulcera manantia exsiccanda, vulnera
glutinanda, vacillantes dentes firmandos, et haemorrhagias,
albumine ovi subacta resina, adhibetur.

Interne itidem in profluviis, Diarrhoea, Dyfenteria.

XI.

VSVS MECHANICVS. Aurifabris, et gemmariis
usum huius resinae esse scribit Parkinsonus ad encausta,
et suppositum (ut vocant) pro folio ad gemmas,
et lapides pretiosos illustriores, et nitidiores
repraesentandos. Vitrariis etiam ad vitra colore
cremifino tingenda, pro fenestris &c.

Pictoribus quoque haec infervit, et ex ea vernix
rubra, qua cistae, et pyxides Sinenses obduci solent.



DOMINICI VANDELLI
FASCICVLVS
PLANTARVM
CVM
NOVIS GENERIBVS
ET
SPECIEBVS.

BOTANOPHILIS

S. D.

A V C T O R.

Cum femina aliquot Plantarum, quas in hunc usque diem fuisse orbi Botanico incognitas, iudicavi, Amici Botanici a me obtinuerint; necessarium duxi eas brevibus descriptionibus nunc adumbrare; cum opus integrum *), quamvis absolutum, nondum typis committere possim.

*) Hortus Olisiponensis exhibens Plantas exoticas Horto Regio Olisiponensi a sese illatas ab anno 1768. in annum 1771. Accessit specimen Florae, Faunae, et Mineralogiae Lusitanicae.

 TRIANDRIA MONOGYNIA.
Capitatus.

CYPERVS culmo tereti nudo, capitulo glomerato, folioso, terminali.

Habitat in Lusitaniae transtagum maritimis.

Radix oblonga, subarticulata, repens. *Folia* culmi longiora, basim obvestientia membranaceis expansionibus rubescentibus, pedalia, rigida, apicibus acutis. Capituli folia 4, aut 5, 1, aut 2 palmaria, basi concava, rubescentia. Capitulum globosum, glomeratum: Spicae subsessiles omnes, ovatae, subaristatae, striis rubris notatae, magnae, ut femina tritici. Culmus teres.

TRIANDRIA DIGYNIA.

Australis.

AGROSTIS panicula subspicata, feminibus ovatis pubescentibus: arista longitudine calycis.

Habitat in Lusitania, Fosso d'Alcantera. Vide Cel. LINNEI mantiss. pag. 30.

Spicata.

POA panicula spicata, floribus subulatis: flosculis remotis.

Habitat in Lusitania, transtagum. LIN. mant. p. 32.

Rigens.

BROMVS panicula spicata, spiculis subsessilibus erectis pubescentibus subquadrifloris.

Habitat in Lusitania, Cintra. LIN. mant. pag. 33.

Geniculatus.

ECHINOPS *ritro*.

MONOGAMIA.

IASIONE *montana*.

VIOLA *palustris*.— *odorata*. *Violas*.Vis: *flor.* anodyna. *Herb.* emolliens: *Sem.* diuretica, emetica.— *canina*.— *montana*.— *uniflora*.— *tricolor*. *Amor perfeito*.— *calcarata*.— *arborescens*.— *Ipecacuanha*. B.

Vis: emetica, purgans, fudorifera.

LOBELIA *cornuta*. B.— *urens*.— Foliis ovato-oblongis, acuminatis, denticulatis: *Caulis* folioso subspicato: antheris hirsutis, coalitis. B.

— caule suffruticoso: foliis cordato-acutis, ferratis; floribus axillaribus, pedunculatis. B.

Obs. ad *surinamensem* accedit.IMPATIENS *balsamina*. *— *noli tangere*. *

CLASSIS XX.

GYNANDRIA DIANDRIA.

ORCHIS bulbis indivisis: nectarii labio indiviso, ampliato, crenato, emarginato, cornu obtuso brevi: petalis subconniventibus. B.

— *Morio*.

Vis: inviscans, lubricans, nutriens, aphrodisiaca.

— *papilionacea*.

OPHRYS *spiralis*.

— *anthropophora*.

— *insectifera*.

— *myodes*. *Abelhas*.

SERAPIAS *latifolia*.

— *rubra*.

— *lingua*.

EPIDENDRUM *Vanilla*. B. *Vainilha*.

Vis: Melancholia.

— *nodosum*. B.

TRIANDRIA.

SISYRINCHIVM *palmifolium*. β .

PENTANDRIA.

PASSIFLORA foliis indivisis, ovatis, integerrimis:
bracteis dentatis: petiolis 4-glandulosis, caule tetragono, membranaceo. B.

Obs. a laurifolia differt petiolis 4-glandulosis.

— *pallida*. B.

— *maliformis*. B.

— *rubra*. B.

— *murucujá*. B.

— *incarnata*. B.

— *coerulea*. B. *Martirio*. *

HEXANDRIA.

ARISTOLOCHIA *peltata*. B. *Iarrinho*.

— *maxima*. B.

— *pistolochia*.

— *rotunda*.

Vis:

Vis: incidens, vomitoria, pellens, diuretica, em-
menagoga.

ARISTOLOCHIA *longa*.

Vis: praecedentis.

PISTIA *stratiotes*. B.

DECANDRIA.

HELICTERES *Ifora*. B.

DODECANDRIA.

CYTINVS *hypocystis*. *Ipocistides*.

Vis: adstringens.

POLYANDRIA.

ARVM acaule: foliis cordato-fagittatis: angulis posticis
rotundatis. B. *Tanheraõ*.

Obs. Discus foliorum coccineus.

— *triphyltum*. B.

— *colocofsia*. * *Igname*.

— *esculentum*. B.

— *maculatum*,

Vis: calefaciens, incidens, saponacea, expectorans,
cosmetica. *Rad.* corrodens, rubefaciens, vesicans.

— *arifarum*.

ZOSTERA *marina*.

CLASSIS XXI.

MONOECIA DIANDRIA.

LEMMA *trifulca*.

 TRIANDRIA.

TYPHA *angustifolia*.

SPARGANIVM *erectum*. *Espadana delgada*.

ZEA *mays*. B. * *L. Milho*.

TRIPSACVM *dactyloides*. B.

CAREX *dioica*.

— *lohiacea*.

— *montana*.

— *capillaris*.

— *pallescens*.

— *caespitosa*.

— *acuta*.

PHYLLANTHVS *Niruri*. B.

— Foliis subcuneiformibus, crenis floriferis. B.

Obs. stamina monadelphia.

— Foliis pinnatis: foliolis ovato-acuminatis, pedunculatis: caule erecto, frutescente. B.

Obs. Nectar. 5., cuneiformia, receptaculo inserta.

TETRANDRIA.

BETVLA *alba*.

Vis: Diaphoretica.

folia luteo debili colore inficiunt.

— *alnus*.

Cortex rufo colore inficit.

BVXVS *sempervirens*. *

Vis: sudorifera, mundificans; fol. purgans, pellens.

VRTICA *urens*. *Vrtiga*.

— *dioica*.

Vis: diuretica, *extus* stimulans: *Radix* luteum colorem praebet.

— *aestuans*. B.

MORVS *alba*. * *Amoreira*.

— *nigra*. *

Vis: refrigerans, corroborans.

— *tinctoria*. B. *Iataiba*.

PENTANDRIA.

XANTHIVM *spinosum*.

AMARANTHVS *triflis*. *

— *blitum*. *Bredos*.

— *viridis*. B.

— *hypocondriacus*. *

— *caudatus*.

POLYANDRIA.

CERATOPHYLLVM *demersum*.

SAGITTARIA *sagittifolia*.

THELIGONVM *cynocrambe*.

POTERIVM *sanguisorba*. *Pimpinella*.

Vis: adstringens, vulneraria.

— *hybridum*.

QVERCVS *ilex*.

— *nana*.

— *suber*. *Sobreiro*.

Vis: adstringens, coriaria.

— *esculus*. *Bolota*.

— *robur*. *Carvalho*.

Vis: adstringens, coriaria, obstipans; Nigrum martiale intensius reddit.

IVGLANS *regia*. * *Nogueira*.

Vis: narcotica, pellens, emmenagoga, anthelmintica, paralytica.

FAGVS *castanea*. *Castanheiro*.

Vis: *fruct.* flatulenta, temulentans, febrilis.

— *sylvatica*. *Faja*.

CORYLVS *avelana*. * *Avelã*.

Vis: *olei* anodyna,

MONADELPHIA.

PINVS *sylvestris*. *Pinheiro*.

Vis: diuretica, mundificans,

— *pinca*. *Pinheiro manço*.

Vis: *fruct.* nutriens, aphrodisiaca.

— *maximo fructu*. B.

CYPRRESSVS *sempervirens*. * *Arcipreste*.

Vis: adstringens,

ACALYPHA *indica*. B.

CROTON *cascarilla*. B.

Vis: tonica, subeccoprotica, thoracica.

— *tinctorium*.

Vis: acidum indicandi, caeruleo colore inficit.

— *lobatum*. B.

— Foliis trilobo-cordatis, lobis lanceolatis, ferratis, subtus tomentosus, supra punctis villosis, stellatis: ramulis, spicis, calycibus foeminarum tomentosus; floribus pedunculatis, subspicatis. B.

Obs. Masc. Cal. 5-fidus. Stam. 13. 18. basi connexa. Faem. Cal. 5-partitus. *Stylis* 3., multifidi. Nectar: in utroque sexu glandulae 5. receptaculo affixae. VELLOZO.

— *Tiglium*. β . B.

— Foliis cordato-acuminatis, utrinque tomentosus, basi 4-glandulosus, subdenticulatis, denticulis glandiferis: ramu-

ramulis, petiolisque scabris: petiolis basi utrinque stipulis subulatis: caule arboreo. B. *Sangue de Drago.*

Obs. Cal. 5-fidus. Stam. 30. Foem. Cal. 10. partitus: lacinae alternae 5, minimae, subulatae. Styl. 3. 2-fidi. Capsula aculeata.

CROTON *variegatum.* β. B.

Obs. Cal. 5-partitus. Stam. 11. Faem. calyx 5-phyllus, foliolis petiolatis, inaequalibus. Styli 3, 2-fidi. Capsula glandulosa. Folia lanceolata, irregulariter crenata, glabra, supra punctis albicantibus, subtus flavescens maculata, obtusa cum mucrone petiolata.

IATROPHA *curcas.* B.

Vis: *fruct.* drastica, inflammatoria,

— *multifida.* B.

— *Manihot.* B. Mandioca. B.

— *Manihot.* β. B. Aipim.

Obs. filamenta 10,

— *urens.*

RICINUS *communis.* B. * L.

Vis: *fruct.* drastica. *Ol.* anthelmintica.

SYNGENESIA.

MOMORDICA *elaterium.* *Pipino de S. Gregorio.*

Vis: drastica, hydragoga, emmenagoga.

— *Balsamina.* *

CUCURBITA *lagenaria.* * *Cabaço.*

Vis: edulcorans, refrigerans.

— *pepo.* * *Abobora.*

— *melopepo.* *

CUCURBITA *citrullus*. * *Melancia*.

Vis: cucurbitae.

CUCUMIS *melo*. *Melaõ*.

Vis: cucurbitae,

— *fativus*, *Pepino*. *

— *anguinus*.

BRYONIA *alba*. *Brioa*, ou *Norea*.

Vis: purgans, pellens, anthelmintica, emmenagoga.

SICYOS *laciniata*. B.

CLASSIS XXII.

DIOECIA DIANDRIA.

SALIX *amygdalina*. *Salgueiro*.

Vis: Cort. antifebrilis.

— *arenaria*.

— *viminalis*.

— *alba*.

Vis: antivenerea.

— *babylonica*. *

TRIANDRIA.

EMPETRUM *album*. *Camarinheira*.

OSYRIS *alba*.

PENTANDRIA.

PISTACIA *terebinthus*. *Cornilheira*.

Vis: Resinae resolvens, emolliens, vulneraria, diuretica.

— LENTISCUS. *Aroeira*.

Vis: corroborans, stomachica.

SPINACIA *oleracea*. * *Espinafres*.

Vis: diluens, humectans.

CANNABIS *fativa*. *Linho, canhamo*.

Vis: narcotica, phantastica, dementans, anodyna,
repellens.

HVMVLVS *lupulus*.

Vis: tonica, anodyna, phantastica, narcotica.

FEVILLEA *trilobata*. B.

HEXANDRIA.

TAMVVS *communis*.

SMILAX *aspera*. *Legacaõ*.

— *sarsaparilla*. B. *Sarsaparilha*.

Vis: *Rad.* diuretica, sudorifera, purificans.

OCTANDRIA.

POPVLVS *alba*. *Choupo*.

— *nigra*.

Vis: *Gem.* obtundens, emolliens, soporifera.

ENNEANDRIA.

MERCVRIALIS *ambigua*.

— *annua*. *Mercuriaes*.

Vis: purgans, repellens, cosmetica.

HYDROCHARIS *morsus ranae*.

DECANDRIA.

CARICA *papaya*. B. *Mamaõ*.

SCHINVS *Areira*. B.

MONA-

 MONADELPHIA.

 IVNIPERVS *fabina*.

 Vis: emmenagoga! anthelmintica, exanthematica,
 diuretica, depillans.

 — *communis*.

Vis: vulneraria.

 — *oxycedrus*. *Simbro*.

 CISSAMPELOS *Pareira*. B.

Vis: Rad. diuretica, demulcens, purificans.

SYNGENESIA.

 RVSCVS *aculeatus*. *Gilbarbeira*.

 Vis: *Rad.* corroborans, demulcens, emmenagoga,
 diuretica, coriaria.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA MONOECIA.

 MVSA *paradisiaca*. B. *Banaveira*.

 — *sapientum*. B.

 ANDROPOGON *bicorne*. B.

 — *hirtum*.

 — *Ischaemum*.

 HOLCVS *sorghum*. *

 — *lanatus*.

 CENCHRVS *capitatus*.

 AEGYLOPS *ovata*.

 VALANTIA *muralis*.

 — *cruciata*.

 PARIETARIA *officinalis*. *Alfavaca de cobra*.

Vis: emolliens, diuretica, obtundens.

 — *lusitanica*.

ATRIPLEX *halimus*. *Salgadeira*.

— *portulacoides*.

ACER *pseudo-platanus*. *

CELTIS *australis*.

MIMOSA *inermis*: foliis bipinnatis, pinnis 5-6-jugis, subrhombis: glandula baseos petiolaris: floribus capitato-spicatis. B.

Obs. Flores monadelphici, polyandri, hermaphroditi omnes.

— *unguiscati*. B.

— *purpurea*. B.

— *pudica*. B.

— *scandens*. B.

— *pernambucana*. B.

— *vaga*. B.

— *pigra*. B.

— *farnesiana*. * *Espongeira*.

DIOECIA.

FRAXINUS *excelsior*. * *Freixo*.

Vis: adstringens. Sem. siccans.

TRIOECIA.

CERATONIA *filiqua*. *Alfarobeira*.

Vis: *filiq.* edulcorans, expectorans.

FICUS *carica*. *Figueira*.

Vis: *fruct.* nutriens, impinguans, obtundens, lubricans, emolliens, hepatica, diuretica, eccoprotica, exanthematica.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA FILICES.

EQUISETVM *arvense. Cavallina.*

Vis: adstringens, diuretica.

— *palustre.*— *fluviale.*— *hyemale.*OPHIOGLOSSVM *lusitanicum.*— *scandens. B.*OSMVNDA *hirsuta. B.*— *regalis.*ACROSTICVM *citrifolium. B.*

— Frondibus pinnatis, foliolis binatis; inferioribus inaequalibus, lineari-lanceolatis, ferratis; superioribus folitariis. B.

— Frondibus pinnatis: pinnis alternis, pinnatifidis, sessilibus, summis brevissimis, subtus basi glandulosis. B.

— *cruciatum. B.*— *calomelanos. β. B.*

Pinnulis decurrentibus, sessilibus.

— Frondibus supradecompositis, pinnis laciniatis, alternis: stipulis pilosis. B.

PTERIS *furcata. B.*

— Frondibus bipinnatis: pinnis, foliolis subcuneiformibus integerrimis, alternis. B.

— Frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis, alternis; lobis subovatis: glandula baseos pinnarum subtus. B.

Obs. Fructificatio in punctis marginalibus. B.

VELLOZO.

— Frondibus pinnatifidis: laciniis sub 7 oblongo-lanceolatis, integerrimis, obtusis. B.

PTERIS

PTERIS *aquilina*. *Feto*.

Vis: *Rad.* anthelmintica.

LONCHITIS frondibus supradecompositis, aculeatis:
pinnis pinnatifidis, obtusis, terminali crena. B.

ASPLENIVM frondibus pinnatis; pinnis alternis, lineari-
acuminatis, subcrenatis. B.

— Frondibus simplicibus, lanceolatis, crenatis, undulatis,
glabris, decurrentibus. B.

— *hemionitis*. *Douradinha*.

— *scolopendrium*. *Lingoa cervina*.

Vis: exsiccans.

— *ceterach*.

Vis: exsiccans, tonica.

— *ruta muraria*.

Vis: exsiccans, roborans.

— *adianthum nigrum*.

POLYPODIVM *vulgare*. *Polipodio*.

Vis: *Rad.* edulcorans, incrassans, expectorans, ec-
coprotica.

— *felix mas*.

Vis: *Rad.* anthelmintica, tonica.

— *felix foemina*.

— *leptophyllum*.

— *lycopodioides*. B.

— *auriculatum*. B.

β . frondibus pinnatis: pinnis lineari-acuminatis,
falcatis, alternis, basi interne auriculatis, auriculis
frondi adnatis, externe petiolatis. B. VELLOZO.

— Frondibus pinnatifidis: lobis lineari-lanceolatis, acu-
minatis, falcatis, alternis, integerrimis, basi utrinque
dilatatis, remotis. B.

POLYPODIUM *auriculatum*. B.

- Frondibus supradecompositis: foliolis lateralibus falcatis, ferratis, obtusis, alternis, basi connexis: suprema dentata, acuminata: stipite aculeato, caudiceque arboreo, scabro-squamoso. B.

Obs. Puncta in linea-congesta. VELLOZO.

- Frondibus bipinnatis: pinnis cordato linearibus, duplicato-crenatis, acuminatis: fronde aculeata: caudice arboreo, scabro, squamoso. B.

- Frondibus pinnatifidis: pinnis lineari-lanceolatis, subferratis, obtusis, undatis: punctis marginalibus depressis per paginam superiorem: radice squamosa. B.

Obs. Pagina inferior albicans.

- Frondibus supradecompositis: pinnis pinnatifidis, alternis: foliolis linearibus, falcatis, obtusissimis, crenatis, pilosis: subtus petiolis, nervis inter fructificationem squamosis: stipite aculeato, piloso, subsquamoso: Caudice arboreo, squamoso-scabro. B. VELLOZO.

- *spinosum*. β . B.

Obs. frondes subferratae: fructificatio linea una, seu puncta ad latera nervi longitudinalis disci.

ADIANTUM *capillus veneris*. *Avenca*.

Vis: corroborans, exsiccans, splenitica, diuretica.

- *cristatum*. B.

TRICHOMANES *canariense*.

- Frondibus supradecompositis: pinnis laciniatis, alternis: foliolis apice crenatis, alternis: fronde, pinnisque, pagina inferiore pilosis. B.

Obs.

Obs. fructificationes solitariae, margini frondis infertae: Cal. campanulatus, erectus, fovens fasciculum feminum. VELLOZO.

MVSCI.

LYCOPODIVM *denticulatum.*

— *clavatum.*

Vis: exsiccans.

— *cernuum.* B.

— foliis oblique verticillatis, subulatis, ciliatis, decurrentibus: spicis terminalibus, dichotomis, foliaceis. B.

POLYTRICHVM *commune.*

MNIVM *setaceum.*

— *pyriforme.*

— *serpyllifolium.*

— *undulatum.*

BRYVM *striatum.*

— *pomiforme.*

— *subulatum.*

— *murale.*

— *caespitosum.*

HYPNVM *crispum.*

— *velutinum.*

— *sciuroides.*

ALGAE.

IVNGERMANNIA *asplenoides.*

— *lanceolata.*

MARCHANTIA *polymorpha.*

— *haemisphaerica.*

 LICHEN *calcarius.*

- *cinereus.*
- *saxatilis.*
- *omphalodes.*
- *olivaceus.*
- *parietinus.*
- *farinaceus.*
- *pustulatus.*
- *cocciferus.*
- *pyxidatus.*
- *uncialis.*
- *usnea.*

TREMELLA *nostoc.*

- *purpurea.*

FUCUS *ferratus.*

- *vesiculosus.*
- *divaricatus.*
- *ceranoides.*
- *spiralis.*
- *concatenatus.*
- *palmatus.*
- *rubens.*
- *abrotanifolius.*

VLVA *latissima.*

- *lactuca.*

CONFERVA *fontinalis.*

- *bullosa.*
- *littoralis.*
- *aeruginosa.*

BYSSVS *flos aquae.*

- *phosphorea.*
- *velutina.*
- *antiquitatis.*
- *candelaris.*
- *lactea.*

FVNGI.

AGARICVS *integer.*

- *muscarius.*
- *deliciosus.*
- *fimeticus.*
- *separatus.*
- *quercinus.*

BOLETVS *perennis. Cucumello.*

CLATHRVS *cancellatus.*

HELVELLA *mitra.*

PEZIZA *lentifera.*

CLAVARIA *digitata.*

LYCOPERDON *tuber. Tubera da terra.*

Vis: aphrodisiaca, flatulenta.

- *bovista.*

Vis: adstringens, obstipans, absorbens, incrassans.

MVCOR *sphaerocephalus.*

- *lichenoides.*
- *embolus.*
- *mucedo. Muffo.*

MVCOR *glaucus.*

— *crustaceus.*

— *caespitosus.*


PALMAE.

CHAMAEROPS *humilis.* *Palmeira de baçoiras.*

COCOS *nucifera.* B. *

PHOENIX *dactylifera.* *

ARECA *oleracea.* B.



I.
 VIRO AMPLISSIMO, ET CELEBERRIMO
 D. D.
 DOMINICO VANDELLIO
 PHILOSOPHO ET MEDICO
 ACVTISSIMO
 S. PL. D.
 CAR. LINNAEVS.

Hisce diebus, nihil minus tale speranti, accessit Tuum, Vir Celeberrime, vere divinum opus, f. Dissertationes tres; ut Tabulas inspexi, seposui negotia omnia, nec prius acquiescere potui, quam totum librum a capite ad calcem devorarem.

Stupefactus vidi Te gentis Tuae Phoenicem, non contentum exteriori Naturae cortice, non in vestibulo ejus haerere, sed introspicere, in divina secreta descendere, et quae in interiori Naturae Sacratio clausa fuere, in apricum educere.

Perplacuerunt omnia, imprimis meo palato sapiebant *Holothuria* tab. 2. fig. 12. et tab. 3., nec non *Vva marina* tab. 2. fig. 11. et *Cochlea* tab. 2. fig. 1. 2. mihi plane ignota animalia, qui tamen ultra 4000. noveram, et in Systemate Naturae enumeravi.

Mihi semper paradoxa fuit doctrina *Halleri de Insensibilitate* Perioftii, tendinum &c. contrarium vero ita graphice demonftrasti, ut dubium ulterius supersit nullum.

Pari certitudine evicisti falaciam doctrinae Reaumurianae de redintegratione *Lumbricorum*, quam auctoritate acutissimi Auctoris, haftenus credideramus.

Prodiit Systematis Naturae editionis decimae tomus primus de animalibus; sudat tomus secundus de plantis; tomus tertius continuabit de lapidibus. Vtinam velles et posses mecum communicare *Holothuria* tua, et *Vvam marinam*, ut haec tua inventa infererem appendici in tomo tertio Systematis.

Vtinam scirem, qua ratione ad Te mitterem varia opuscula mea, quae nuper prodire, ut testarem quanti Te faciam.

Faxit Deus, ut vivas sano corpore, et alacri animo in augmentum, et ornamentum Artis. Vale, et me porro ama.

Dabam Vpsaliae die 3. Februarii 1759.

II.

Datas a Te, Vir amplissime, literas, id: Ianuarii ante triduum accepi, ex iis novo experimento Tuam in me amicitiam profus singularem intellexi; utinam aliquo experimento mutua testari queam officia, quibus mihi nihil charius, antiquius nihil erit.

Pro egregia collectione rerum naturalium, quam per D. TREVES ad me misisti, devotissimam persolvo mentem.

I. Lithantrax matrix Naphtae rarum, et in hoc tempus usque obscurum est.

2. Sal

2. *Sal fossile Aegypti* procul dubio veterum verum Natrum, quod ita exercuit eruditorum ingenia; tamen dubium, nec ulli rite cognitum.

3. *Tophus seleniticus cum pisolithis nec unquam* mihi visus.

Zoophyton, cuius historiam et figuram omnium pulcherrime exposuisti, non potui non gratissimum esse. Hoc idem animal, rude delineatum, et imperfecte descriptum ante dimidium annum accepi a D. ELLIS Anglo; nec potui extricare eius genus; et caracterem, antequam tua acceperam; quae hoc ita exposuit, ut nihil supra; adeoque eo auxisti rerum Naturalium historiam pulcherrime; utinam admitteres inferere hanc tuam historiam in Actis Scientiarum Societatis Vpsaliensis quae propediem praeluam subibunt?; ut omnes a tua face lumen mutuarentur circa singulare hoc animal.

Cum multo labore alpes vestrates peragrafi, quem laborem novi, qui ipse nostras alpes peragravi; nullas dubito quin plurimas legisti pulcherrimas, rarissimasque plantas.

Dolui diu, quod nullus dederit veram *Floram Romanam*, istius enim *Sabbathi* non sufficit, miscet enim exoticas cum indigenis, nec fatis certus de speciebus; ane ullus Romae sit verus Botanicus?

Si umquam Tibi occurrat *Cynips* f. *Ichaeneumon* qui in grossis *Fici*, et *Caprifici* habitat, a *Pontedera* descriptus, mittas oro in litteris, ut queam illum intueri.

D. CLERCK nostras delineavit, et edidit ultra 120 phalaenas novas, a me in Systemate nominatas, nec apud alios Authores obvias; nunc pingit ultra centum Papilio-

nes indicas, vivis coloribus, ut praecedentes, qui in Musaeo Reginae Nostrae aservantur.

Vtinam velles observare quo die apud vos folia sua explicant, sive erumpant Arbores *Betula*, *Fraxinus*, *Vimus*, *Quercus*, *Tilia*, *Hippocastanum*, *Sorbus*, *Carpinus* quo possem idem hoc vere apud nos observando, inde mensurare differentiam aestatum vos inter et nos. Sic observarunt Botanici Monspelienses; unde conclusi, quod aestas 31. dies prius incipiat Monspelii, quam apud nos, et autumno 30. dies prius apud nos desinat, quam Monspelii; adeoque Monspelii aestas 2. mensibus longior, quam apud nos.

Miratus sum diu qualis sit *Avicula*, quam *Rajus* viderat Florentiae, et dicit ibi vocari *Spipoleta*.

Discipulus meus *Forsgard* hodie Professor Hafniensis, petit navibus Arabiam in eundem finem ac *Donati*.

In Lapponiae conterminis oris quotannis grassatur vermis, qui maximam stragem infert Hominibus, et Pecoribus; decidit enim ex aethere in nuda corpora, momento citius penetrat partes musculosas, et intra quadrantem horae saepe occidit dirissimo dolore.

Coeternem valeas, et vigeas in incrementum artis; Ego Te omni cultu, et studio, dum vixero, prosequar.

Dabam Vpsaliae 1760. d. 4. Martii.

III.

Dudum accepi dona Tua vere aurea, heri vero literas Tuas id. Octobris datas. Ad priores diu responsum distuli, cum animus erat omnia, et singula rite examinare, digerere, et suis locis inferere, antequam responderem; per plurimae occupationes in causa fuere, quod nondum

omnes


omnes merces Tuas rite ponderare potueram, at brevi absolvam; interim ad ultimas responsum non differe consultum judicavi, ne me ingratum crederes.

Audivi quod in Hispania consultatum fuerit, num me vocarent, imprimis postquam fatalis morbus D. ORTEGAM occupaverit; nec video, quomodo Hortus amplissime instituendus rite adornari potest in illa terra, . . . Me vero non vocatorias accepisse certum est.

Quod scripsisti Apologiam contra HALLERVM, virum omnibus infensum, laetor, nec dubito, quin ipse omnibus numeris par sis, uti ex prioribus Tuis facile intellexi.

Viva ista a Te delineata miraculum Naturae est; dicas mihi in quo libro posita sit figura, ut illam allegare queam in nova editione Systematis: Nova plane est, nec aliis visa; figura omnium optima, descriptio etiam tam egregia, ut non possem eam imitari,

Laetor, quod DONATI iter continuetur in Arabiam; hisce diebus Rex Danorum misit meum Discipulum in Arabiam in eundem finem. Semina, quae in Aegypto legit ingratus DONATI comes ROQVE, ego accepi, sunt haec pulchra, et novas plantas continent.

Insectum istud, quod ex aethere decidit in Lapponia, et misere trucidat Homines et animalia, est vermis novum genus *Furia infernalis a Solandro* dictum,  hujus figurae.

Ex Tuo calculo de arboribus frondescentibus collato cum frondescentia arborum Vpfsaliae, concludo Paduam Botanice distare Vpfsaliae 48 diebus; sive quod arbores explicant sua folia 7 hebdomadibus antequam Vpfsaliae;

ergo aestas vestra in regione 14. hebdomadibus longior est, quam in nostra. Vale.

Vpsaliae 1761. d. 11. Ianuarii.

IV.

Tuas die 30. Martii rite accepi, moram responsi facere causae innumerae, quas innumerare superfedeo, ne Tibi sim molestus.

Infatiabili desiderio expecto quotidie egregium tuum opus de Thermis agri Patavini, ut queam duas reliquas *Vivas* intueri.

Procul omni dubio multa detexisti in augmentum artis per regionem Mutinensem, utinam quibusdam me participem reddere velles.

Patavium ex Tuis observatis distat Vpsaliae 48 diebus vernis, et totidem autumnalibus, adeoque gaudetis tribus mensibus aestatis, quibus nos caremus.

Te fervet D. T. O. incolumen, quaeso mei memor vivas.

Dabam Vpsaliae 1761. August.

V.

Heri accepi novum Tuum sinceræ Tuæ in me amicitiae documentum cum inclusis plurimis, rarissimis, pulcherrimisque floribus, pro quibus omnibus ac singulis me Tibi plurimum devinctum agnosco, et mentem devotissimam reddo.

1. *Saxifraga burseriana*, cujus sine dubio varietas, Tua triplo major, pluribus floribus et foliis magis triquetris.

2. *Saxi-*

2. *Saxifraga hypnoides*? sed flos albus, folia ad radicem congesta. *Saxifraga hypnoides* multum variat; talem varietatem antea non vidi; an differens species sit, nec ne, asserere nequeo.

3. *Arenaria rotundifolia*, Plantam aliquoties habui ex alpihus Italiae; sed semper absque fructificatione, haec mihi nova est, et mereretur delineari, et describi.

Theam accepi e China, forte prima, quae umquam fuit in ullo Europaeo horto.

Vallisneria erat pulcherrimum specimen, quod umquam antea habui, videtur *Jussaeus* statuere, quod sit flos *Junci Lacustris* e loco profundiore, sed distinctissima planta.

Miratus sum unde D. ARDVINVS haberet tot raras pulchrasque plantas Brasilienses. Sed unde eas obtinuit *Pontedera*? Hisce vale, et me porro ama.

Dabam Vpsaliae d. 1. Octobris 1763.

VI.

Id: Decembr. datas laetus accepi, qui diu metueram, quod Te fregerant mala aliqua fata in periculoso itinere alpino.

Quod enemata raro transcendent valvulam coli ad coecum, communis fuit sententia, injecto autem per anum fumo tabaci, quod multoties praescripsi, ascendit ille usque in fauces, et solvit colicas omnium pessimas; praesertim si totum abdomen prius inungatur copiose oleo olivarum aceto maritato.

Audivi de singulari illo exemplari DIOSCORIDIS antiquissimo, cum figuris fatis selectis; fateor, quod lubenter hoc viderem.

SCOPOLI promisit Faunam Carniolicam, utinam praestaret. Sed bona fide Tibi dicam, quod 300 novas insectorum species numquam praestabit in Europa.

Ab eo tempore, quo Systema Naturae editionis decimae emiseram, dedi 200. nova insecta in altera editione Faunae. Habeo nunc nova 200. europaea, et 100. exotica; sed non credam, quod SCOPOLI praestabit 300., ut plurima forte sint in australibus Europae, mihi non visa, GOVANI egregie insecta indagat Monspelii.

His Vale.

Dabam Vpsaliae 1763. d. 12. Febr.

VII.

Vt Tuas habui, scripsi ad Amicum, quem habeo Petropoli:

Carta tua naturalis erat valde singularis; vidi fere similem in itinere Dalekarchico, et planae niveam ab infolatione ortam a *Byfso flos aquae* dicto, de qua in Flora Lapponica 529. *occurrit in rivulis exsiccatis, ubi lapides tegit, et laevi adhibita manu ab iis facile discedit instar frustuli papyri niveae, minusque tenacis.*

DONATI praematurum, et infelicem obitum, et jacturam observationum ejusdem ex toto animo doleo.

His Vale. Vpsaliae d. 8. Febr. 1764.

VIII.

Diu Te omisum dolui; nec noveram, quam petieras orbis partem, antequam exoptatissimae Tuae die idus octobris scriptae, heri primum accedebant. Laetor quod vias; fata viam inveniunt.

Pro

Pro feminibus, et affectu Tuo in me sincero grates reddo devotissimas; difficile est viva femina obtinere e Brasilia; certe haec omnia mortua erant, excepto solo *Cassiae*.

O utinam posses ipse adire Brasiliam, Terram, quam nemo calcavit, excepto *Marcgravio* cum suo fure *Pisone*; sed in tempore quo nondum fax erat accensa in Historia Naturali, adeoque debent omnia e novo describi ad lucem. Tu fores prae reliquis aptus, qui in Re Naturali solidissimus es, in inquirendo indefessus, in pulcherrime depingendo dexterrimus. Sed forte nullus in Lusitania agnoscit finem Creationis esse Gloriam Dei ex opere; nos vero agnoscimus D. T. O. scripsisse duos libros et Naturam et Revelationem; ideoque illi haerent in tenebris, sed feliciter exteris. Bone Deus si Hispani, et Lusitani noscunt sua Bona Naturae, quam infelices essent plerique alii, qui non possident terras exoticas!

Litterae Tuae me tecum duxere per tempe Lusitanica, ubi Tecum quasi in blando somnio legi pulcherrimas plantas.

Postquam tota Europa calcata est a Botanicorum pedibus, restat etiam num sola Lusitania, quae India Europaea dicenda, et felicissima Terra. Habemus tantum *Grfsyley Viridarium Lusitanicum*, miserrimum opus, cuius plantas Oedipus fit, qui intelligat. Alit ista Terra quamplurimas rarissimas plantas, uti constat ex numerosis istis Tournefortii Lusitanicis in Institutionibus R. Herbariae nominatis, sed nullibi descriptis, aut delineatis; adeoque etiamnum novis, quam nemo nisi alter Oedipus intelligat: Anne ullus sit in toto Regno pulcherrimo, qui possit Orbi Litterato dare genuinam Floram Regionis?

Bone

Bone Deus! quam pulchrum, et desideratum opus praestaret ille, qui ejusmodi Floram fisteret.

Zoophyton ad Fretum Herculeum a te lectum, et pulcherrime delineatum est profecto rarissimum *Alcyonium*, quod nullibi vidi, sed nuper est delineatum in *Artis Anglicanis* vol. 53. p. 434. t. 21. f. 3. ab *Ellisio*, et pro *Penatulae* specie perperam propositum, sub nomine *Cynomorii* ad similitudinem plantae ejusdem faciei; sed tua figura longe praestat; mala est *Epipetrum Jonst.* exsang. t. 20.

Medici nostrates nil nisi extractum Cicutae praescripserunt, et fatigarunt Pharmacopoeos comparare quocumque pretio; nunc vero cessavit usus.

Quod *Colchicum* non sit venenatum hoc miror. Nonne eos omnes fervi olim sibi manus violentas intulere?

Vtinam velles hoc vere observare quo die *Vlmus* promat Flores, et quo die prima folia ostendat; ego hoc observabo Vpsaliae, et inde possumus calculum inire, quantum distat Vpsalia Olissipone.

Annon velles, et posses ad me mittere *Florem Arboris Draconis* in epistola; crescit prope Vllisipone, in Horto quodam Regio ad *Alcantara*.

Crescit in Lusitania *Lentiscus* frequentissima cum suis folliculis rubris et magnis; undenam hi folliculi generantur? etiamnum haereo; alii dicunt eos repletos esse *Aphidibus*, *Cherme* alii, alii *Cynipe*; Tu qui es in loco posses me docere certissima, ut rite collocarem hanc speciem in proxima editione Systematis; gloria tua erit. His Vale.

Dabam Vpsaliae 1765. d. 12. Febr.

IX.

Accepi pridie Tuas V. C. et suavissimas Litteras, et doctas observationes, et pulcherrimam Floram Viisiponensem, quae omnia, et singula summo me perfundebant oblectamento.

Gladiolus utrinque Floridus, an diversus a vulgari, qui hinc floridus? *Sempervivum arboreum*. Pulchra observatio de squamis ad basin staminum septemdentatis.

Fumaria capreolata recensiores statuunt hanc meram esse varietatem *Fumariae vulgaris* natam ad parietes; Tu judica in loco.

Lysimachia Linum stellatum. Haec singularis planta, a reliquis *Lysimachiis* diversa. Ex corolla putarem esse *Centunculi* florem, sed quinquesidum, sed capsula 5-valvis est *Lysimachiae*. *Centunculi* et *Anagallis* capsula est circumcisa. Si me liceat conjungere *Anagallidem* cum *Lysimachia*, neq. licet distinguere *Linum stellatum* a *Lysimachia*. Vale.

Dabam Vpsaliae 1765. d. 16. August.

X.

Inclusa intra litteras Tuas d. 16. sextilis datas, habui, pulcherrimas omnium observationes.

Draconis flores tum egregie aservatos vidi cum summa admiratione, quos antea numquam obtinui; ita referunt *Asparagi graminifolii terminales* flores, ut distinguere nequeant. Si possem *Aspar. graminifolium, terminalem*, et *Draconem* sub proprio genere, distincto ab *Asparagis* tradere, hoc magnopere exoptarem, cum istae 2 species (*graminif.* et *termin.*) crescant caule erecto, apice tantum folioso, foliis magnis oblongis. Tuus character

racter erat evidentissimus, et confirmat affinitatem summam cum Asparagis.

Medusam tuam novam inservi systemati Naturae, quod praelum jam adiit, quae sub tuo nomine militabit.

Apud nos pluit hoc anno fere per totam aestatem, ut vix possimus dicere, nos habuisse aestatem 8 diebus; nullus apud nos recordatur talem aestatem, adeo pluviosam.

Plurimum Te valere jubent Societatis nostrae Socii.

Dabam Vpsaliae 1765. d. 15. Octobris.

XI.

Ante triduum accessere duae cistae in altera erat *Erythrina* Tua, in altera radix nescio cuius, forte DRACONIS; utramque me Tibi debere intelligo, et grates quas possum maximas rependo.

Praelegi ambas Tuas observationes Societati Scientiarum; altera erat Historia Naturalis triplicis Regni Naturae per Vlisiponensem tractum; altera *Draconis* complectebatur Historiam; utraque Societati perplacuit; mihi in mandatis datum est tibi grates summas quas possum reddere, et te salutant omnes, ac singuli, suaeque devota officia referunt. Ambae observationes mox debent praelum cum Societatis Actis subire. Dicas mihi oro quaenam sit patria *Erythrinae* tuae?

Anne poteris apud Lusitanos tuos Maecenates inquirere, et obtinere specimina sicca *Ialappae*, *Ipecacuanhae*, et *Balsami Peruviani*, quae omnia sine dubio in Brasilia eorum occurrunt. Nullus etiamnum audet asseverare utrum *Ialapa longiflora*, aut *Convolvulus foliis variis* sit *Ialapa officinarum*.

Ipecacuanha etiamnum quoad genus ignota est, licet Medicis frequentissima.

Balfamus Peruvianus aequè ignotus est.

Archiatři Petropolitani comparant sibi *Spigeliã meam*, eaque curant vermes quosunque; dosis herbae venit ducato uno. Tu qui habitas in Lusitania, quibus paret Brasilia, ubi spontanea, posses comparare ingentem copiam, et vendere summo lucro per Europam; emtores numquam deficerent, nec potest cum lucro in hortis coli, cum fervidissimum expetit solum. Hac sola posses tibi comparare thesauros.

Nuper pulchrum habui experimentum, quod morsura GORDII excitet Paronychias.

Vale, meque tuis annumera. Dabam Vpsaliae 1765. d. 19. Novembr.

XII.

Quanta cum laetitia tuas excepi literas d. 26. Augusti datas, quas heri accepi, effari vix possum. Laetor animus quod propitia fata te promovere ad Historiae Naturalis provinciam in Lusitania, ad quam feliciter capepsendam fausta quaevis, et felicia exopto.

Lusitania a condito Orbe cimeriis tenebris involuta jacuit, nunc per te magnum in ista regione sidus exortum est. Fata tibi reservarunt in ista regione nimis multa. Spero brevi nos visuros veram Floram Lusitanicam, et Faunam, et reliqua, quae illustrant regionem in Europa fere indicam.

Accepi nuper cistam cum Insectis ultra 200, sed nescio a quo; ex australissima Europa missa fuit; crederam a te, nullae enim litterae aderant, sed tantum numeri;

cum vero ne verbum de ea facias in epistola muto sententiam, et eam cistam potius credam ex Italia missam.

Nunc omnes volunt referre fungos ad ultimos Vermes; cum femina aquae immissa se se moveant uti viva. His vale et me semper tuis sinceris annumera.

Dabam Vpsaliae e Praedio 1766. d. Octobris.

XIII.

Ante tres hebdomada fasciculum tuum plantarum efficcatarum cum tabellario accepi Hamburgo; et ante duas hebdomadas litteras tuas; mox vero insurgebat horribile incendium, quod consumpsit tertiam partem urbis nostrae, unde debui transportare omnes meas res, omnemque supellectilem in praedium meum, quamvis D. G. incendium meam aedem reliquit incolumen; nunc recollectis viribus, has reddo.

In plantis mihi antea incognita erant.

AGROSTIS *australis.*

POA *spicata.*

BROMVS *geniculatus.*

— *ringens.*

SISYMBRIVM *catholicum.*

PLANTAGO *Lagopus.*

His vale. Dabam Vpsaliae e Praedio 1766. d. 11. Maji.

XIV.

Summa laetitia perfusus tuas d. 3. Septembris datas excepi; cum a longo tempore tuas non habui; metuebam, quod in morbum incidisti; laetor ex animo, quod valeas.

Adian-

Adiantum Trichomanes canariensis; vide ejus flores cum microscopio; ane quidquam de structura filicum florum ex hac specie posset erui?

Immortalis gloria debetur Illustrissimo D. d'ANGEJA, qui primus mortalium in Lusitania promovet Naturae scientiam felicissimae Regionis Europae, et natura plane indicae.

Cures pro tuo opere pulcherrimam figuram rarissimae *Sibthorpiæ*, et flores cum microscopio delineare ne intermittas.

Te plurimum valere jubent omnes Societatis nostrae Socii.

Dabam Vpsaliae 1767. d. 11. Octobr.

XV.

Toto hoc anno morbis laboravi, et nunc primum convalescere incipio, dum video totam mensam repletam litteris eruditorum; primum itaque meum erit te salutare, quam prae reliquis multum facio. Praeterito autumnno edidi Dissertationem, in qua demonstravi fungorum femina exclusa evadere vermes, nudis oculis non visibiles, in aqua currentes, tandem figi in fundo vasis, et excrescere in fungos.

Systematis editionis 12. tomus primus e prelo prodit; ex eo videbis, quod fideliter, quae a te accepi, allegavi.

Alter tomus de plantis ad $\frac{1}{2}$ impressus est, in eius *Didynamia* dedi characterem, et descriptionem novae plantae VANDELLIAE; distinctae ab omnibus angiospermis corolla ringente, cui e medio labii inferioris (non e fauce) 2. stamina inferiora enascuntur. Crescit in Insula S. Thomae.

Avidissime jam scire opto quomodo tu valeas, et tua Flora, omnes curiosi, qui ad me scripsere, avide expectant scire quod ferat Lusitania tua.

D. KVHN, qui natus in Virginia, meus fuit Discipulus per quadriennium, nunc factus primus Botanices Professor in Philadelphia, egregius juvenis; alter meus Discipulus BECKMANN Goettingae Historiae Naturalis Professor; tertius meus ZOECA Demonstrator plantarum Hafniae.

In tomo primo Systematis habeo 6500. animalia.

In tomo secundo circiter 50 Genera plantarum, quae antea non habui, adjeci, interque memorabile est *Dracaena Vandellii*.

SCHREBERVS incepit dare figuras graminum, si vivat omnium possibilibus.

Filius ad prelum misit tertiam suam Decuriam rariorum plantarum.

GYNNEVS Episcopus Norvegiae in Actis Nidrosiensibus describit Poli arctici Animalia, et Zoophyta graphice.

Omnes Societatis nostrae Socii te plurimum valere jubent.

Quam generose misisti *Erythrinam cristam galli* alvi per quadrantem anni, tandem periit, et vidi, quod Hortulanus tuus detruncaverat omnes radices, unde mirum non fuerat, quod crescere recusabat.

Plura proxime, quae nunc vetat aegra manus.

Dabam Vpsaliae 1767. d. 15. Iulii.

XVI.

Multas tibi refero, Vir amicissime, grates pro ultimis tuis, Ericis plurimis, refertis, quae mihi maximam creabant voluptatem.

Anthe-

Anthericum tuum mihi novum est; neque est *Anth. serotinum*, neque *A. graecum*, utramque harum habeo; ambae filamentis nudis neque barbatis sunt. Caeterum in mea collectione reperio specimen tuae plantae simillimum, et forte eiusdem speciei, sed floribus dimidio minoribus in Hispania lectum, etiam filamentis lanatis. Speciem apud Autores non novi. Vale.

Dabam Vpsaliae 1769. d. 9. Iun.

XVII.

Accepi litteras tuas a Bibliopola Salvio.

Optarem vivere eo die, quo Flora tua Lusitanica prodiret, quae dives erit rarissimis plantis europaeis, cum ne unus aut alter vestras viderit.

Poteris sine dubio e Brasilia obtinere femina rario- rum plantarum, et ea in vestra calidissima regione sub dio ferere, cum nulla hyems apud vos plantas destruat. Varias habet MARCGRAPHIVS plantas, quas nullus Botanicus Systematicus potuerit ad sua genera amandare. In Insula S. Thomae omnium omnino plantarum ibi nascentium vulgarissima est tua Vandellia. Vale et vive felix.

Vpsaliae 1769. d. 13. Maji.

XVIII.

Accepi epistolam tuam absque litteris, cui inclusae erant plantae rarissimae, et fasciculus tuus plantarum, pro utriusque grates reddo maximas. Fasciculus iste tuus perplacuit, non tantum ob raras plantas, sed non minus adeo acute descriptas.

O utinam brevi prodiret *Hortus Olisiponensis* tuus, non dubito, quia inde addiscerem plurima.

In horto meo jam floret *Sisymbrium parrá*, *Spartium* floribus sub ramis pendentibus. *Cytisus* Tournef. quas plantas a te accepi. Vale, Vir amplissime.

Vpfalíae 1772. d. 1. Iulii.

XIX.

A multo tempore nihil quidquam de te audivi, utinam viveres, et valeres optime, quod audire exoptatissimum mihi foret.

Anni ingravescentes, passim morbi, passim Aula me occuparunt.

Avidissime exoptarem scire quo usque penetrafti cum Flora, Fauna Lusitanica; cum tú unus et primus sis, qui umquam apertis oculis felicissimam, fertilissimamque regionem coluisti. Dicas mihi an ulla de hisce a te jam edita sit, vel quando eam expectare liceat.

Mantissa mea altera prodiit, in qua descripsi *Sisymbrium Parrá*, cujus femina a te accepi, notum pedunculis ante florescentiam reflexis.

Iam SPARRMAN Historiae Naturalis causa adiit Cap Bonae Spei. THUNBERG Iaponiam, SOLANDER propediem cum GADNIO, et BERTINO terras novas australes. GEMELINUS junior est in Persia, PALLAS in Tartaria, MVTIS in Mexico, KOENIG in Tranquebar.

FORSKALII plantae Arabicae, et ROLANDRI Surinamenses propediem prelum subibunt.

JACQVIN edit cum figuris pictis plantas Horti Vindobonensis, et rariores Austriacas, sic ditescit Flora quotidie.

Vale et vive diu felix.

Vpfalíae 1770. d. 7. Ianuarii.

XX.

Habui graphicas tuas litteras d. 17. Maii ultimi datas, ex quibus laetus perspexi fata tua et totius reformatae Academiae. Propalavi apud omnes Amicos meos qualis quantusque sit Illustr. POMBALIVS scientiarum Protector, et Restaurator, cui felicia fata omnes, qui mecum scientias colunt, animitus exoptant.

Quid jam novi molitur Flora in tuo Paradiso? in meo tuam memoriam quotidie mihi revocant tres insignes plantae.

Cycas, et *Zamia* quas omnes habuere pro Palmis, sunt re ipsa filices.

Vale, vive felix.

Vpsaliae 1773. d. 24. Iulii.

XXI.

CAROLI a LINNÉ FILIVS.

Ante plures annos plurimas a te habuit Pater litteras, et varias illi misisti plantas; sed nunc per plures annos ne verbum quidem. Cur hoc? an ullo errore erga te peccavit? parens annis, et morbo paralytico valde debilitatus, me rogat te salutare omnibus verbis ad salutandum usitandis. Ego nunc omnia eius munera a Rege obtinui, ut nunc sum et Professor, et Horti Regii Praefectus. Vale.

Vpsaliae 1777. d. 16. Decemb.

XXII.

Gratissimas tuas litteras responsorias per D. STROM rite habui, et pro quibus gratias debeo plurimas, etiam pro *Convolvulo grandifloro*, quem ut novum determinavi

in *Supplemento Systematis*, quod nunc sub prelo fudat, cujus gloriam inventionis tuam dixi.

Desideratis meis in scientia fuit scire originem *Balsami peruviani*, *Ipecacuanhae fuscae* et plura ex officinalibus; omnia nunc hac aestate habui; sed nulla harum mihi magis placuit, quam *Balsami peruviani* planta; figura MARCGRAVII, et *Pisonis* fatis bona est, genus novum est et decandrum.

Nunc gratulor tibi, Vir Celeberrime, quod occasionem habuisti impensis vestrae Reginae in Americam mittere Discipulos tuos, nunc sine dubio plura habebis pulchra.

Inter plantas maxime singulares, et cuius simile in rerum Natura non datur, est planta quem in Horto Vpsaliensi colo, est ex Bengala, habet continuo motum cum foliis, quasi voluntarium, sensationem vero nullam, ut aliae Sensitivae videntur habere; sed nunc illud nunc alterum movet folium absque certo ordine s. tempore, nec noctu dormit, est species *Hedysarum* et quam speciem dixi *gyrantem*.

His vale, et me favere non dedigneris.

Vpsaliae d. 12. Octob. 1779.




Fig. 1. *Salvia Malcomi*
celandici varietas?



Fig. 2.





Fig. 1. *Salvia phlomoides*. Fig. 2. *Scilla Lilichyacinthus*. Fig. 3. an *Cisti*
oelandici varietas? Fig. 4. *Althæa rosea*. Fig. 5. *Brassica arvensis*
 Fig. 6. *Pinguicula lusitanica*

Drac

Fig. 1.



Draco Yucciformis vel *Dracaena*.

Handy

Draco





Draco Yucciformis vel *Dracaena.*

Handy





Viola Specacuanha C.

G. F. Engel del. C. G. G. sculp.

Ba



3






Balsamona Pinto

L. Heyl sc.

Tab: V.



a



Ulva.

Tab. V.



Fig. 1. *Tochya*. Fig. 2. *Piastia*. Fig. 3. *Urceola*. Fig. 4. *Tal-*
panhuacanga. Fig. 5. *Larradia*. Fig. 6. *Galunia*. Fig. 7. *Fere-*
eria. Fig. 8. *Barbacenia*. Fig. 9. *Quelusia*. Fig. 10. *Corcia*. Fig. 11. *Vellosia*.




Fig. 14.



Fig. 15.



Fig. 16.



Fig. 18.



Fig. 13.




Fig. 19.



Fig. 17.




Fig. 24.



Fig. 22.



Fig. 21.



Fig. 20.






Fig. 23.



Fig. 13. *Lafoesia*. Fig. 14. *Davilla*. Fig. 18. *Lemia*. Fig. 16. *Mariabra*.
Fig. 17. *Paliarana*. Fig. 15. *Orobanchia*. Fig. 19. *eadem*. Fig. 20. *Contarenia*.
Fig. 21. *Limia*. Fig. 22. *Mendocia*. Fig. 23. *Mella*. Fig. 24. *Vismia*.







23

